Urkunden

zur hessischen

Landes-, Orts- und Familiengeschichte,

welche

bis jetzt im Druck noch nicht erschienen sind.

Gesammelt und herausgegeben

von

Ludwig Baur,

Großherzoglich Hessischem Archivdirector, Ritter ꝛc.

Drittes Heft.

1300 — 1329.

Darmstadt, 1855.

Auf Kosten und im Verlage des historischen Vereins für das Großherzogthum Hessen.

Buchdruckerei von H. Brill.

Provinz Oberhessen.

Nr. 313.

1300 (17. Jan.). Nos Johannes maioris et Philippus s. Andree ecclesiarum worm. decani et capitula recognoscimus, communionem et societatem in iure patronatus ecclesie in uilla Wattenheim et duabus partibus decime inuicem cum omnibus attinenciis suis mutuo nos habere, quod jus et quas partes decime Johannes de Methi senior miles et Hugo de Starkenberg armiger consanguinei nunc defuncti in sua possessione primitus habuerunt, et ab eodem Hugone in nostram maiorem ecclesiam ex donacionis titulo in sue anime remedium est translatum, et in nos decanum et capitulum ecclesie s. Andree predicte a prenotato Johanne milite per titulum vere possessionis, quo ipse possedit, est utpote a laico in usum ecclesiasticum reuocatum, ut nostris proficiant communiter usibus in augmentum nostrorum reddituum prebendarum.

Dat. a. d. M.CCC. in vig. kath. s. Petri.

(Die Siegel der Aussteller hängen unversehrt an.) Orig.

Nr. 314.

1300 (24. Febr.) Nos Theodericus abbas, totusque conuentus ecclesie in Seligenstat recognoscimus, quod molendinum nostrum situm in ciuitate Seligenstat dictum elemosina Vdoni molendinario et suis heredibus concessimus iure hereditario perpetuo possidendum, sub hac forma, quod dictum molendinum emendabit et ex eo nobis x. maldra siliginis et ii. tritici sub distinctis temporibus presentabit. — Testes: Hartmudus noster capellanus, Hermannus plebanus, Fredericus dictus Schonekinch, Fredericus carnifex et a. q. pl. f.

Dat. a. d. M.CCC, in die Mathie apost.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 315.

1300 (4. März.) Ego Gerlacus et Gerdrudis vxor de Wellensheym profitemur, quod nos conuentui ecclesie in Seligenstad .... curiam nostram quondam Heinrici mercatoris cum omnibus agris attinentibus, cuius vel quorum proprietas ad ecclesiam predictam dicitur pertinere, vendidimus iii. maldra siliginis singulis annis persoluendis. — Testes: Herbordus opidanus in Seligenstat, Hertwicus de Husen, Heinricus Ludolfi et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC, in vig. ascens. domini.

(Die Siegel des Pfarrers und der Stadt Seligenstadt hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 316.

1300 (30. April.) Nos Theodericus abbas, Fridericus prior, totusque conuentus ecclesie in Seligenstat notum facimus, quod nos ecclesie maiori mogunt. in recompensacionem plurimorum beneficiorum nobis et nostre ecclesie ab eiusdem ecclesie personis inpensorum, et specialiter ex parte incorporationis ecclesie parochialis in Stenheym duas libras cere contulimus in festo Martini.

Dat. a. d. M.CCC, prid. kal. maii.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 317.

1300 (31. May.) Nos Theodericus abbas, totusque conuentus monasterii in Seligenstad recognoscimus, quod cum Albertus de Carbyn, cantor ecclesie frankenfordensis, pastor ecclesie parochialis in Steinheym, propter inpotenciam corporis euidentem non possit dicte ecclesie in Steynheym personaliter deseruire, prouentus et redditus quoscunque eiusdem ecclesie in Steinheim ex causa locationis a dicto cantore et pastore recepimus ad tempora vite sue pro lx. octalibus siliginis.

Act. et dat. a. d. M.CCC, iii. fer. prox. p. fest. penthecostes.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 318.

1300 (7. Sept.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod coram nobis in figura judicii constitutis Johanne dicto Diuite carnifice et Elysabeth vxore sua legittima, ciuibus mogunt., ex vna parte et procuratore decani et capituli ecclesie s. Marie ad gradus ex parte altera, predicti coniuges confessi sunt, quod ipsi omnia bona sua sita in villa Bishouisheim prope Mogum et villam Selinvort, mogunt. dyocesis, et in eiusdem ville terminis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, in judicio dicte ville Bishouisheim coram sculteto et scabinis ibidem presentibus iuxta eiusdem ville consuetudinem contulerunt decano et capitulo supradictis ac ipsa bona ab eisdem pro censu siue pensione pro suarum animarum remedio et salute iusto locationis titulo receperunt.

Act. Moguntie a. d. M.CCC, in vig. nativ. b. Marie virg.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 319.

1301 (24. May.) Judices wormacienses nouerint vniuersi, quod in nostra constitutus presencia Eberhardus canonicus ecclesie s. Pauli worm. contulit in decanum et capitulum ecclesie b. Martini worm. redditus ii. maldrorum tritici, quos in marcha ville Nurtheim circa Renum possedit, super bonis infra scriptis, videlicet super ii. jurnalibus agri campestris consultaneis jurnalibus Frankonis sub platda, item super ii. jugeribus consultaneis agris domine de Gudenberg, item super ii. jugeribus an den swanacker.

Acta sunt hec presentibus magistro Theoderico aduocato curie nostre, Johanne Anzonis clerico, Conrado de Laudenburg et aliis fidedignis, a. d. M.CCC.I, fer. iv. a. dominicam dom. in tua misericordia prox.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

Nr. 320.

1301 (29. Nov.) Nos Theodericus abbas, F. prior, totusque conuentus in Seligenstad recognoscimus, quod nos Arnoldo dicto Smalze, necnon Mechtildi eius vxori curiam nostram cum orto et vinario ex opposito dicte curie, nobis ad quondam Burchardo milite, necnon Merengardi coniugibus legatam, in suarum remedium animarum et eorum heredibus concessimus iure hereditario possidendam pro ii. libris denariorum. — Testes: Waltherus de Lapide dictus, Herbordus Rufus, Reinherus pistor, scabini in Seligenstad et pl. a.

Dat. et act. a. d. M.CCC.I, in vig. b. Andree apost.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 321.

1302 (18. Jan.) Nos Th. abbas in Seligenstad, Fr. prior, totusque conuentus ibidem notum esse cupimus, quod nos Hermanno de Crotzenborg, necnon Metze vxori sue curiam suam in eadem villa, cum agris attinentibus, pro medietate omnium frugum cum decima ipsius curie tantum ad XIV. annos concedimus, minutam vero decimam in pulledris, vittulis, agnis et ceteris animalibus nobis de prefata curia ministrabunt. — Testes: Her. plebanus, Heinricus infirmarius, Heinricus rector scolarum, Fredericus dictus Sconekint et Petrus filius suus et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.II, in kathedr. s. Petri.*)

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

---

*) 1316 (13. Jan.) verleiht das Kloster den gen. Hof an Hermann von Crotzenburg u. Jutta seine Hausfrau unter denselben Bedingungen. — Zeugen: Conradus custos, Heinricus dictus Beyger camerarius, Symon censuarius, Hartmannus dictus Sledorn pastor ecclesie in Wilmotzheim, Heinricus plebanus in Dudenhouen, Petrus dictus Schonekind, Heinricus de Wilmotzheim, Wencelo de Selbold armigeri et .., dictus Roleder de Husen et a. q. pl.

Seligenstädter Copialbuch.

Nr. 322.

1302 (2. März.) Nos Th. abbas in Seligenstad, Petrus prior, totusque conuentus ibidem notum esse volumus, quod bona nostra, quondam Wernheri militis dicti de Mincenberg, sita in Schonevelt ad officium nostre infirmarie spectantia, Wigando et Mechthildi coniugibus de Heynstad ad dies vite eorundem, et post eorum obitum Wigando eorum filio, et post decessum dicti Wigandi suo fratri alii iuniori in etate post ipsum locauimus. — Testes: Herbordus Rufus et Bertoldus dictus Rodecamp et Heinricus dictus Bessenbechere, scabini in Seligenstad et q. pl. a.

Dat. et act. a. d. M.CCC.II, vi. non. marcii.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 323.

1302 (25. Juli.) Nos Johannes comes de Spainheim, Syfridus et Wolframus de Lewenstein, milites, recognoscimus, quod cum inter abbatem et conuentum de Eberbach ex vna parte et Eberhardum filium quondam Jacobi de Werstat ex altera, super quibusdam bonis et redditibus in villa Bunsheim ac in territoriis dicte ville sitis, monasterio eberbacens. pleno iure attinentibus, dissensio seu questio aliquamdiu verteretur, tandem idem Eberhardus, in nostra presencia constitutus, confessus fuit, informatus per inquisicionem proborum virorum, se nichil iuris habere nec umquam habuisse in bonis ac redditibus prenotatis.

Act. et dat. a. d. M.CCC.II, in fest. b. Jacobi apost.

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an). Orig.

1328 (18. Januar) gleiche Verleihung an Heilman gen. Sautroch u. Jutta seine Hausfrau. — Zeugen: C. prior, Eber. camerarius, Johannes censuarius, Her. cellerarius monasterii selginstad., Heyl. dictus Mye, Fri. et Hert. dicti Dringuz, opidani in Selgenstad., Jo. de Heydershein armiger, Ber. de Auheim et q. pl. a.

Seligenstädter Copialbuch.

Nr. 324.

1302 (26. Dec.) Nos Theodericus abbas, Petrus prior, totusque conuentus monasterii in Seligenstad constare cupimus, quod nos Sophye, relicte quondam Wencelonis de Furbach, suisque heredibus annuam pensionem xx. maldrorum siliginis, videlicet x. maldra de curia siue curte in Hinderhusen et x. maldra de curia nostra in Gugensheim, ad officium infirmarie spectantibus, vendidimus pro lxxiv. libris hallensium.

Dat. a. d. M.CCC.II, vi. id. decembris, presentibus Wernhero milite dicto Schelris, Herm. plebano in Selgenstad, Eberhardo aduocato, Henrico Bessenbecher, Herbordo in atrio, Bertholdo Rodecamph, Reinhero pistore, Wignando quondam aduocato, Henrico heinburge, scabinis et q. pl. a.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 325.

1303 (13. Apr.) Wir Vlrich here zu Hanauwe vnd wir Syfrid here von Eppestein thun kunt, das wir umb soliche zweyunge, die wir hatten vnder eyne in dem dorffe zu Obernroda an Seymern, an Hereweynen, an Herbergen geeynmutiget sin, alſo das wir koren vnß frunde, wir Vlrich von Hanauwe heren Conrad von Cleen vnd Wortwin von Babenhuſen, wir Syfrid von Eppestein heren Hartmann von Soltzbach vnd heren Giſen von Wilbach, die viere furen in das dorff zu Obernroda vnd horten von den zwelffen, die uber vnß recht von alder geſworen hant, des hofes recht zu ſagende, was die tylten, da mitde ſal uns gnugen, die erfuren alſus als hie nach geſchribe ſtet, das man uff den eydt deylte, das die herſchaft von Eppestein eyn faudt ſollte ſin uber das vorg. dorff vnd uber den hoff, vnd der Etel man von Hanauwe eyn lehen here von der herſchaft von Mintzenberg uber das ſelbe dorff vnd den hoff, vnd das der faudt

zu rechte dry bede vorbetden sal in dem jare — man hait auch geteylt, das der kirchsatze der pfarre yme dorffe der lehenherre geben sal vnd sin erben vnd nit der faudt noch sin erben, was von Zinsen gefellet in dem dorffe oder von houbetzinsen oder besthoube oder beste warmal von den luden, die in den hoff horent, die sin des lehen heren vnd des faudts nit, wa da faudt phennig gefellet, die sin des faudes vnd des lehen herren nit, eyn iglich hoffisman iß sy frauwe ader man der sine vngnoßen hat, sterben die das eyn buweteyl da gefellet, des ist des fauds halb vnd des lehen herren halb, Ist das eyn man vert uß eyme andern dorffe von eyme andern heren, wan he landes komet, gewynnet eyne erbe das in den hoffe gehoret vnd gewynnet des erbes also vil, das er stule dar uff gesetzen magk vnd weyne daruff gewenden magk, der sal vorwert in den hoff gehoren, ist das eyn einleufftig man komet in das dorff and nachfolgin wonet jar vnd dag, der ist der herren gemeyne, were auch also das bynne der falter sulen das eyn buße gefiele, daz zu der marg nit gehorte, die ist der heren iglichs halb, ist auch also das in der marck icht geschyt in den virzelin da sie vß vnd ane gen ane worden, vnd ane watschar vnd ane heylalle geschrey vnd ane dipp vnd duppen vnd uber halß vnd uber heubt, diese vorg. stucke horent in die Zente zu Niddernroda, anders wer der marck vnrecht dut adir der Inne icht geschicht, das zu der margk gehorit, das sal der faudt richten mit den merckern, Ist das he nit alleyne gerichten magk, so sal yme der lehen here helffen, was davon gefellet, das ist des lehinheren zweiteil vnd des faudes dritteil, Ist iß also das eckern in der margk wirdet, wal dehenne da von gefellet, da han die furster die der margk huden eyn dritteil ane, was daruber ist, da nymmet der faudt das dritteil vnd der lehenherre die zweyteil an diese hoffe die hernach geschriben stent, da enhant widder faudt nach lehen here nit an, der eyner zu Messela, der eyner zu Vrbach, eyner zu Messelhusen, zwelff hube zu Niddernroda, Eyner

zu Dudenhoffen, Eyn eygen hoff zu Gugesheim, was da von gefellet, das ist den heren, die ubir die hoffe sint, ane das den furstern sal fallen ir dritteil, Iß ist auch also das die geswororn furster, die der margk huden, ymandt phenden yn der margk adir Rugent vmb der margk vntad ader das der heren knechte in der margk ymandes phenden, die neymelichen phant sal man nergen furen, wen in den hoff vnd sal sie deme Schulteßen antworten, was obir der furster recht da von gefellet, das ist des faudes das dritteil vnd des lehenheren die zweiteil. Ist iß auch also das kein man uß dem hoffe faren wil in der hoffe eynen, die das selbe recht hant, das her hat vnd wil sich In den hoffe machen nach des hoffes recht, des en sollen die heren nit weren, der die hoffe sint, der bodel der in dem dorffe zu Obirn Roda geseßen ist, ist das die heren mit eyn andir uff eyn dag wollen ritten in das dorff, ader her Fulrad von Franckfurdt eyn ritter zu der selben zyt auch drin qweme, welches bode vnder diesen drien den budel zum ersten begrifft, der sal yne han, die wile man da ist, vnd die andern nit, Iß ist auch also gericht vmb des sporneygen, wo die heren wollen hauwen in ire Huß vnd zu irme nutze, das mogen sie wolthun, keyme andern man sollen sie geben decken hultze uß den welden, sie enthun iß dan mit eyn ander, was daruber ist fallende, das ist den heren von Eppenstein das dritteil, vnd des heren von Hanauwe die zweiteil vnd irer erben.

Geb. von Gottes geb. m.ccc.iii, an dem samstage nach dem osterdage in der stadt zu Franckfurt.

Alte Abschrift.

Nr. 326.

1303 (16. Apr.) Wernherus de Bolandia prepositus s. Victoris et canonicus maioris ecclesiarum magunt. plebano de Biscouisheym salutem in domino. Cum ecclesia parochialis in Seyluurthe, cuius jus patronatus ad abbatem monasterii s. Albani spectare dynoscitur, prebendis fratrum

predicte ecclesie dudum incorporata sit per G. archyepiscopum magunt. de gratia speciali maioris ecclesie capituli, nostro, quod in cuius archydyaconatus terminis ipsa parochialis sita est, ad hoc accedente consensu, nos abbatem et fratres ecclesie s. Albani de predicta ecclesia parochyali in Seyluurthe vacante de facto ex morte Vlrici de Bickenbach, cantoris et canonici magunt., quondam pastoris ipsius ecclesie, investivimus, mittentes eos in corporalem possessionem ecclesie memorate, quapropter discretioni vestre mandamus, quatenus personaliter villam Seyluurthe accedentes, fratrem Syboldum, prefate ecclesie s. Albani monachum, quem ipsi ad hoc specialiter deputarunt, mittatis in corporalem possessionem ecclesie sepedicte, adhibitis ad hoc sollempnitatibus debitis et consuetis, insinuantes publice populo ibidem, ut ipsos veros pastores recognoscant, precipientes nichilominus eidem, ut ei, quem ipsi vicepastorem pro se duxerint statuendum, obediant in omnibus.

Dat. xvi. kal. aprilis, a. d. M.CCC.III.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wohlerhalten an.) Orig.

Nr. 327.

1303 (20. Mai.) Wir Conrat von Winsberch tun kunt, daz wir dem erbarn man Marquarte von Biberach han ze kouffe geben x. malter roken geldes zu Biberach, vnd vf vnsern guten ze Wimphin, vierdhalp phunt vnd ii. schillinge geltes vmme lx. phunt haller, alse daz er vnd sin erben suln han daz vorg. korn vnd die pheninge ze eime rechten lehen von vns vnd vnsern erben.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.iii, an dem nehsten mont. vor s. Vrbane tage.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

Nr. 328.

1304 (14. Jan.) Nos Th. abbas, Petrus prior, totusque conuentus in Seligenstad, cupimus fore notum, quod

nos locauimus Volrado et Irmengardi coniugibus, morantibus in villa dicta Steinheim, ad tempora vite sue curiam nostram dictam, vronhof sitam in eadem uilla pro xxxvi. maldris siliginis.

Dat. a. d. M.CCC.IV, xix. kal. februarii.

Cop.=Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 329.

1305 (25. Jan.) Nos Th. abbas, Petrus prior, totusque conuentus monasterii seliginstad. constare uolumus, quod nos locauimus Cunrado dicto Erweizmuz et Lucardi coniugibus curiam nostram intra muros ciuitatis Seliginstad, quam Hertwicus dictus Zehe possederat, necnon quedam bona alia a Petro dicto de Dittilsheim quondam possessa iure hereditario perpetuo possidenda.

A. d. M.CCC.V, viii. kal. januarii.

Cop.=Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 330.

1305 (15. May.) Cum omnia — hinc est, quod nos Ostirlindis abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium cenobii dicti ad fontem profitemur, nos propter onera quorundam debitorum pensionem iv. maldrorum siliginis conuentualibus monasterii seligenstad. pro xviii. libris et x. solidis hallensium uendidisse, que inquam pensio sita est in villa dicta Wizzinkirchin super quadam curia in eadem villa.

Dat. a. d. M.CCC.V, iii. id. maii.

(Das Siegel der Aussteller hängt in rothem Wachse beschädigt an.) Orig.

Nr. 331.

1305 (17. Juni.) Ne ea — sciant igitur vniuersi, quod nos Th. abbas, Petrus prior, totusque conuentus monasterii seliginstad. Wignando balneatori ciui seliginstad. et suis heredibus mediam partem stupe balnei, nobis per Hermannum

dictum Hurniz, plebanum ciuitatis predicte, traditam, justo locationis titulo concessimus.

Dat. a. d. M.CCC.V, xvi. kal. junii.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 332.

1305 (21. Juny.) Ego Heilmannus Judex ciuis worm. et Wildericus filius meus recognoscimus, nos vendidisse Balzoni, filio Balzonis, qui ducit currus, ciui worm., quatuor prata sita ex altera parte Reni, quorum vnum pratum habet quatuor mannesgemet in loco dicto drenke iuxta viam Lampertheim, contiguum ex vna parte Dirolfo militi et ex parte altera sanctimonialibus in Kirssgarten, secundum pratum habet decem mannesgemat in loco dicto hertzelrit, contiguum Bertoldo de Hochheim et dicto Leuis quondam ciui worm., tercium pratum habet quatuor mannesgemat in loco dicto bornechen, contiguum prato custodum pratorum et quartum pratum habet duo mannesgemat in loco dicto lussen, contiguum Lemsio, pro lii. libris hallensium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.V, fer. ii. ante Joh. bapt. prox. presentibus: Emerchone dicto Rienecke magistro ciuium worm., Jacobo Eberzonis, Emerchone Ametman, Bertzone ad templum, Hermanno et Nicolao dictis Kelberdot, Johanne Stheinmetze, Johanne Alelen, ciuibus worm. et a. q. pl.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

Nr. 333.

1305 (27. Juni.) Judices s. magunt. sedis recognoscimus, quod scultetus, advocatus ac alii villani ville Bischouesheim, coram nobis in figura iudicii constituti, confessi sunt, se exactiones et tallias iniustas super bonis sitis in terminis ville Bischoueshеym, ad decanos et capitula maioris et s. Victoris extra muros ecclesiarum mogunt. et Henricum plebanum in Ostrich communiter pertinentibus, auctoritate propria imposuisse, promittentes eisdem dominis

nunquam eisdem bonis aliquas tallias vel exactiones imponere, sed ab impositione huiusmodi penitus desistere.

A. d. M.CCC.V, kal. junii.

Cop.=Buch des St. Victorstifts zu Mainz.

Nr. 334.

1305 (16. Oct.) Nos Jacobus et Emercho fratres, filii quondam Jacobi de Werstat, Emercho et Hertwicus fratres, filii quondam Emerchonis dicti Grubere, atque Cunradus de Frittenheim, gener Eusfridi, recognoscimus, nos bonis abbatis et conventus monasterii eberbacensis apud villam Bvnesheim sitis, super quibus putantes nobis iuris quiddam competere, ipsos aliquando affabamur dominos, renunciasse simpliciter et expresse, pro eo, quod edocti sumus nichil in eadem bona iuris aut actionis nobis competere aut vllis vmquam competisse temporibus.

Act. et dat. a. d. M.CCC.V, f. s. Galli abbat.

(Das Siegel der Stadt Oppenheim hängt beschädigt an). Orig.

Nr. 335.

1305 (25. Dec.) Nos Th. abbas monasterii seligenstad., Petrus prior, totusque conuentus ibidem constare uolumus, quod nos Wolframo et Cunrado fratribus, natis de villa dicta Welinsheim, curiam suam sitam in eadem villa locauimus ad annos xvi.

Dat. a. d. M.CCC.V, viii kal. decembris.

Cop.=Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 336.

1306 (30. März.) Ego Heinricus, filius quondam Hartmanni dicti de Fulda, recognosco, curiam cum suis pertinenciis sitam in villa dicta Wellinsheim, meo patri bone memorie predicto per abbatem et conuentum monasterii seligenstadensis iure hereditario concessam, me locationis tytulo

concessisse Heinrico preuingio Eberhardi dicti Funken sub certis conditionibus.

Dat. a. d. M.CCC.VI, prox. fer. iv. p. diem palmarum.*)

(Gesiegelt hat das Kloster und die Stadt Seligenstadt.)

Aus einem Zeugenverhör.

Nr. 337.

1306 (20. Mai.) Ich Guthe genant von Nagelsperg vnde Swigger min son fur gehen, daz wir han ze kauffenne gegeben 1. phunt heller geltes ewiges uf der hofereite an dem marketreine ze Wimphen, die wir Enczenharte han gelihen, dem dechane vnde dem capitele vz dem tale ze Wimphen an die phrunde zv dem heiligen cruce, die her Gerhard selige machte.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.vi, an dem frit. vor dem phingesttage.

(Das Siegel der Stadt Wimpfen ist abgefallen.) Orig.

---

*) 1314 (12. Dec.) Nos Wignandus aduocatus et Wickelo dictus Buemeister scabinus in Selgenstad ab Heinrico, nato quondam Hartmanni de Volda, Rychwinus et Heilmannus dictus Myge scabini ibidem ab Hedewige filia, Wyckeri dicti Bygermerkere, relicta quondam Gerhardi dicti Motze de Herbipoli, arbitri electi super omni dissensionis materia, que inter dictas partes vertebatur et specialiter super actione intentata a predicta Hedewige contra ipsum Heinricum, coram abbate monasterii seligenstad. nobis et aliis nostris conscabinis in judicio wlgariter herbestding dicto, super quondam curia sita in villa Welnsheim, officio custodis dicti monasterii attinente, volumus esse notum, quod nos statuimus, vt ipsa Hedewigis omni actioni renunciet, jusque omne resignet sepedicto Heinrico. — Testes: Cunradus custos, Heinricus dictus Beyger camerarius, Symon censuarius, Ebirhardus pincerna et magister Hermannus rector scolarum monasterii seligenstad. predicti, Wyckerus pater predicte Hedwigis, Fridericus dictus Memensluppe de Husen et Wernherus dictus Crusellere de Crotzinburg et a. q. pl. Et nos Johannes scultetus, Conradus filius aduocati, Reinherus pistor et Gerhardus dictus Rodecamp scabini ceterique jurati recognoscimus sigillum civitatis nostre presentibus esse appensum. Orig. (Das Siegel ist abgefallen.)

Nr. 338.

1306 (29. Nov.) Beringerus abbas, totusque conuentus monasterii montis s. Nicolai in Kainberg, ordinis s. Benedicti, herbipolensis dioecesis, dilecto sibi Johanni dicto de Beens-

---

1320 (27. May.) Nos Johannes aduocatus, Heilmannus dictus Mye scultetus, Rychwinus, Gerhardus dictus Rodecamp, Conradus et Wiglo fratres, filii quondam Wignandi aduocati, Wignandus sutor, Gerhardus dictus Adolf pistor et Conradus carnifex scabini in Selgenstad constare volumus, quod cum ad componendum in jure fori secularis actionem coram abbate monasterii selgenstad. et coram nobis intentam contra custodem dicti monasterii a Heinrico, filio quondam Gerhardi dicti Motze de Herbipoli, supra quadam curia quondam Heinrici filii Hartmanni dicti Kumyr sita in villa Welnsheim, attinente officio custodis antedicti, in qua curia dictus Heinricus Motze sibi tanquam heredi proximiori asseruit conpetere jus ab intestato, ambe partes in nos tanquam in compositores conpromisissent, nos pronunciauimus sentencialiter, quod Heinrico, filio quondam Gerhardi dicti Motze, nichil juris, sed duntaxat custodi jus plenarium ex resignacione seu donacione sibi ac monasterio in Seligenstad factis a Heinrico, quondam filio Hartmanni dicti Kumyr, herede legitimo curie predicte ac bonorum pertinencium ad eandem conpetit in curia prenominata. — Testes: Conradus prior, Johannes capellanus, conuentuales monasterii seligenstad., Syboldus cantor ecclesie aschaffenburg., Hertwicus dictus Drenguz, Reinherus pistor opidani in Selgenstad, Heinricus dictus Funke curiarius in Welnsheim curie supradicte et a. q. pl. Dat. et act. in opido Selgenstad. (Die Siegel des Klosters und der Stadt Seligenstadt sind abgefallen.) Orig.

1325 (22. Juli.) Ego Philippus de Kalsmunt, canonicus ecclesie s. Stephani mogunt., amicabilis compositor electus ex parte abbatis et conuentus monasterii in Selgenstad reorum, Cunrado vero capellano in Bartenstheyn ex parte Heynrici dicti Motz, clerici herbipolensis, actoris similiter assumpto in causa, quam idem Heinricus prosequebatur in judicio coram decano ecclesie s. Seueri erfordens. judice a sede apostolica delegato contra ipsos abbatem et conuentum, vna cum magistro Walthero, canonico ecclesie aschaffenburg., tanquam persona media, inueni Heinricum actorem quoad petita in libello suo intencionem suam minime probauisse, reos

heim, clerico magunt., salutem, ad humilem supplicationem et instantiam tui nobis factam tibi indulgemus, vt super ecclesia parrochiali in Astheim et jure patronatus ejusdem, super qua inter te ex vna parte et dominum Jacobum de Lapide, canonicum ecclesie magunt., ex altera, lis seu discordia suscitata existit, in honestos viros et discretos qualescunque tamquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores libere possis et valeas compromittere, prout tibi melius et vtilius placuerit.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in vig. b. Andree apost.

(Die ziemlich gut erhaltenen Siegel der Aussteller hängen an.)

Orig.

Nr. 339.

1307 (11. Sept.) Nos Heinricus abbas ecclesie fuldensis recognoscimus, quod honeste matrone Jutte relicte quondam Vlrici dicti Pauei, militis, fidelis nostri dilecti, supplicationibus inclinati dotem seu donacionem propter nuptias ei assignatam in bonis nostris in Clingen et ecclesie nostre in valore xl. marcarum ex consensu predecessorum nostrorum, que quidem bona ad valorem predictum quondam maritus ipsius a nobis et ecclesia nostra titulo feodali tenuit, nostrum eciam super hoc prebemus consensum beniuolum, ita videlicet, quod Vlricus, Jutta, Alheydis, Irmengardis eius liberi quoad uixerint ex nostra permissione in eisdem bonis juxta

---

vero suam intentionem testibus et instrumentis plenarie probauisse, arbitrando pronuncio, Heinricum predictum nichil juris habere in ipsa curia sita in villa Wellensheim, sed jure dominii uel quasi dictam curiam cum suis pertinenciis vniuersis pertinere ad abbatem et conuentum ratione officii, quod dicitur custodia. Lata est hec arbitralis pronunciacio in curia habitacionis abbatis monasterii selgenstad. ante capellam ejusdem paulo post vesperas, presentibus Gerh. in Crutzenburg, Hart. in Dytzenbach, Swyk. in Selgenstad plebano, Hertw. Gotzonis clerico et q. pl. a.

summam prefatam habeant vsufructum et postquam eadem Jutta, Alheydis, Irmengardis ab hac luce migrauerint vel si Vlricus ejus filius predictus absque heredibus legitimis decesserit, predicta bona in Clingen pro remedio animarum eorundem ad nos reuertantur uel valor xl. marcarum superius nominatus. Si vero prefata Jutta inopia vrgetur, permittimus, vt tunc partem ex ipsis bonis vendere seu obligare posset, eo semper saluo, quod ecclesie nostre et nobis primo tenebitur obligationem seu vendicionem offerre. Insuper adjectum est, quod prelibata Jutta et eius liberi, excluso Vlrico, si liberos de se procreauerit, nobis dare tenebuntur de eisdem bonis annis singulis quatuor caseos in signum debite pensionis.

Act. et dat. in Olsberg a. d. M.CCC.VII, fer. ii. p. nativ. b. Marie virg.

(Auscultirte Abschrift unter Hermann Ulner Ritters in Dieburg Insiegel, 1343 18. März.)

Nr. 340.

1307 (20. Sept.) Wir Heinrich apt zu Fulde bekennen, sint wir den Edeln man Vlrichen herren von Bickinbach vnsern Ocheim, vrowin Elsen sine wirtin vnd ir tochtere han begnadet mit Tusint marken an sulchin lehin, die he von vns vnde von vnßme stifte hat, so han wir verhenget vnde verhengin, daz der vorgen. vnser Ocheim von Bickinbach vnde vrowe Else sin wirtin dem Edeln manne Grafen Gerharde von Rienecke irme eidem vnde Ymagine irre tochter von den forgen. tusint marken hant bescheiden vnde gemacht zu wydemerechte sibinhundert phunt heller, da fur sie in entwurtin hundert malder korn gulde an deme zehinden zue Omstat, den vnser egen. Ocheim zue lehin hat von vns vnde von vnßme stifte.

Dat. a. d. M.CCC.VII, fer. iv. post nativ. b. Marie virg. glor.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

Nr. 341.

1307 (16. Dez.) Nos Philippus de Valkenstein senior dominus in Mintzinberg ac domina Mechtildis sua conthoralis

legitima recognoscimus, quod facta permutacione cum abbatissa, conuentuque sanctimonialium in Aldemunster, nobis nostrisque heredibus bonorum suorum proprietatem, sitorum in villa dicta Kelsterbach, cum omnibus pertinenciis contulerunt aperte, nos pro his bonis recompensandis xviii. maldra siliginis annue pensionis in curia et bonis nostris, sitis in terminis ville Gynsheim propriis, eisdem abbatisse et conuentui sanctimonialium in Aldemunstere damus et incorporamus. In cuius rei testimonium has literas nostro sigillo sigillatos vna cum sigillis nobilium virorum consanguineorum nostrorum Philippi de Valkenstein iuniore et Gotfridi de Eppinstein, necnon opidanorum in Frankenford damus.

Dat. a. d. M.CCC.VII, xvii. id. decembris.

Gleichzeitige Copie auf Pergament.

Nr. 342.

1309 (6. März.) Ich Erfinger von Frankenstein irkenne mich das geschehe, daz Graue Wilhelm von Cazinelnbogin oder sine Erben daz mit rechte zv brehten, daz daz hus oder die burg ze Frankenstein fon ime oder fon in ze Lehen rurte oder rurit, So bin ich Erfinger des fon mime herren Graue Eberharte von Kazinelnbogen ledig, daz ich sin burkman von deme selben hus was wurden vnde daz selbe hus after der zit forbaz sin ledig hus oder sin vffen hus nit sol sin, wand die xx. phunt hallere gelts, die ich mime herren Graue Eberharte vffe miner gulte, die mir so zv Eberstat, so da bi iergelichen vallent, bewiset han for cc. phunt hallere, die ich von ime vmbe dez vorg. burglehen enphangen han, die sol min herre Graue Eberhart vnde sine Erben alsо lange haben vnde iergelichen nemen, so sie vallende sint, bißh Erfinger oder mine Erben deme vorg. Graue Eberharte oder sinen Erben die vorschriben cc. phunt genzlichen vergelten.

G. n. Chr. geb. m.ccc.ix, an der mitewuche nach deme daz der Merze waß an gegangen.

(Das dreieckige Siegel des Ausstellers ist gut erhalten.) Orig.

Nr. 343.

1309 (16. Apr.) Nos Th., Petrus prior, totusque conuentus monasterii in Selgenstad recognoscimus, quod locauimus Hertwico, filio Conradi Berngeri de Ovheym, et Methildi vxori eius curtim nostram sitam ibidem ad dotem ecclesie in Stheinheym pertinentem, iure hereditario pro xii. maldris annone.

Dat. et act. a. d. M.CCC.IX, xvi. kal. aprilis.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 344.

1309 (21. Juni.) Nos Gerhardus, filius quondam Burkardi, militis de Woluiskelen, et Johannes de Woluiskelen dictus de Cronenberg, consanguinei, recognoscimus, quod nos vnisono consensu vniuersas et singulas actiones, causas et questiones hactenus ventilatas inter nos ex vna, necnon abbatem et conuentum monasterii eberbacens. ex parte altera, damus et dedimus in manus strenuorum virorum Ebirhardi de Randecke sculteti in Oppinheym, Petri de Selsen dicti Vaitt, et Dudonis de Vrberg, militum, quos in arbitros elegimus, spondentes, nos quoque harum astringentes testimonio literarum, quod prefati milites a nobis habent et habebunt potestatem liberam, nos concordandi ac componendi cum prefatis dominis per viam iusticie vel amoris, quam composicionem et ordinacionem ratam, gratam et inuiolabilem obseruabimus.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC.IX, fest. b. Cyriaci.

(Gesiegelt hat der gen. Johannes, da Gerhard ein eigenes Siegel nicht hat. Das Siegel ist sehr beschädigt.) Orig.

*) 1309 (6. Apr.) bestätigt Abt Peter und der Convent des Kl. Eberbach den von obigen Schiedsrichtern abgeschlossenen Vergleich. Der gen. Gerhard wird in dieser Urkunde mit dem Beinamen „Greuse" und der Schiedsrichter Peter v. Selsen „subscultetus in Oppinheym" genannt. (Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Siehe auch Nr. 348.

Nr. 345.

1309 (20. Aug.) Ich swestere Mechtilt von Bvchelbach, hern Walthers selegen Tochter von Bvchelbach, tvn kvnt, daz ich han gegeben den Brvderen predier ordens zv Winphen nach mime tode drittehalp phvnt haller geltes alle iar, i. phvnt geltes vffe der kelnerinne hvse, das ander phvnt vffe Wernher Wenden dez smides hvs vnd das halbe phvnt heller sol man geben vffe dem hvs vor Spirer tor, diz han ich getan zv einem almvsen durch miner sele willen vnd dvrch mines vaters vnd miner mvter vnd miner geswistergide sele willen.

Nach Gotes geb. m.ccc.ix, an dem achten tage vnser vrowen so man die wurze wihet.

(Die Siegel des Predigerklosters und des Ritterstifts zu Wimpfen im Thal sind abgefallen.) Orig.

Nr. 346.

1310 (3. Juni.) Vniuersis sit manifestum, quod postquam Emercho Gele, sororis Humberti filie maritus defunctus extitit per Cunradum dictum Winterkaste, Isengardis dicti Emerchonis filie mundiburdum ex vna et per predicte Gele amicos et consanguineos ex parte altera, in honestos viros Petermannum dictum de Juueni et Frilonem dictum zum Iselwecke, ciues mogunt., arbitros vtrobique sub cautione judiciaria, que Borgen wlgariter dicitur, et sub pena c. marcarum, fuit et est taliter compromissum, quod quicquid predicti Petrus et Frilo inter prefatas partes pronunciauerint, hoc per easdem ratum debeat obseruari, primo nempe predicta Gela renunciauit omni actioni, que sibi contra predictam Isengardim competebat, deinde Petrus et Frilo pronunciauerunt in hunc modum, quod ex parte ipsius Emerchonis predicte Gele l. marce denariorum debeant assignari, dictique Emerchonis heredes c. libras hallensium in bona predialia in villa et terminis ville de Ruzilnsheim sita, ad vsum predicte Gele demonstrare debent. Presentibus Humberto de

Juueni aduocato, Bertramo dicto Leuchere, Volzone eius sororio, Volzone Lineario, ... scultheto de Flersheim, Siberto dicto Kip de Hocheim, Jacobo filio scultheti, Cunrado zume Rosse, genero Swikeri et Petro dicto Seilre, ciuibus mogunt.

Dat. a. d. M.CCC.X, fer. iv. prox. a. fest. penthecost.*)

(Die Siegel hängen sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 347.

1311 (9. Febr.) Nouerint vniuersi, quod nos prior, magistra, totusque conuentus cenobii in Gummershem renunciamus omnibus redditibus et super omnes redditus siliginis, videlicet v. maldrorum, que nobis hactenus de bonis Bernardi in Witirstat abbas et conuentus ecclesie de Euerbaco ministrabant.

Dat. a. d. M.CCC.XI, fer. iii. p. domin. circumdederunt.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

Nr. 348.

1312 (25. Mai.) Nos Ebirhardus de Randekken miles, scultetus oppinheimensis, et Dudo de Vrberg miles recognoscimus, quod cum inter abbatem et conuentum monasterii eberbacens. ex vna, et Johannem dictum de Cronenberg atque Gerhardum dictum Greuse, filium quondam Borkardi militis de Wolviskehlen, ex parte altera, super bonis, iuribus et iurisdictione in villa Bunesheim et eius terminis, ab ipsis religiosis annis plerisque possessis, e quibus iidem religiosi se contra iusticiam et violenter per ipsos Johannem et Gerhardum repulsos et eiectos fore conquerebantur, ques-

---

*) Vorstehende Urkunde ist 1312 (18. Nov.) auf Geheiß H. de Rodenstein camerarii magunt. judicio presidentis von den Mainzer Richtern beglaubigt worden in Beisein: Ph. milite dicto Swap, Craftone et Scubelone judicibus, Nicolao, Heilmanno et Jacobo aduocatis, Cristiano, Anzone, Reumundo budellis, ciuibus mogunt.

tionis materia verteretur, dicte partes tandem in nos ac bone memorie Petrum de Selsen militem tanquam arbitros compromiserint et electione vnanimi concordarunt, promittentes vtrobique nostram se ordinacionem amicabilem aut iustam inuiolabiliter seruaturas; nos itaque prehabita inquisitione et scrutinio diligenti, cognitoque ipsos abbatem et conuentum et monasterium, a dictorum bonorum suorum possessione debita esse repulsos indebite ac eiectos, arbitrando pronunciavimus ac decrevimus dictum monasterium in veram possessionem dictorum bonorum et iurium remittendos ac libere reponendos et hoc facto, si prefati Johannes et Gerhardus dictis abbati et conuentui haberent actionis vel impeticionis mouere aliquid super hoc deberent ipsis iidem abbas et conuentus impendere ac facere, quod consonum esset iuri, predictis autem abbate et conuentu remissis et restitutis in possessionem pristinam, predictus Petrus de Selsen noster coarbiter viam universe carnis vocante domino est ingressus, postmodum vero sepedicti Johannes et Gerhardus ipsos abbatem et conuentum impecierunt pro bonis antedictis et eorum attinenciis, asserentes ea sibi attinere necnon ad se spectare titulo feodali, dictis religiosis affirmantibus eadem bona cum attinentiis esse sua propria et ipsa multis annis proprietatis iure ac titulo possedisse, nos itaque Ebirhardus ac Dudo pretacti per ipsas partes ad sopiendum huiusmodi litem amicabiliter aut iuste, dato nobis in coarbitrum loco Petri de Selsen defuncti ex consensu partium ipsarum vnanimi milite Getzone dicto de Maguncia, qui castrensis est in Oppinheim, hoc pronunciauimus equanimi et vnisono ex decreto, quod predictus abbas vel vnus monachorum aut conuersorum sui monasterij, quem ad hoc deputaret, ipsam jurisdictionem, bona, iura et vniuersa, super quibus lis vertebatur, deberet obtinere atque confirmare suo iuramento publico et corporali, ad quod faciendum die ad villam Bonesheim partibus prefixa, dominus Wilhelmus

abbas prefati monasterii eberbacensis, senciens ius pro se atque monasterio suo esse, coram nobis arbitris, alliisque militibus, armigeris et quampluribus fidedignis, cum debito solempnitate verbisque congruis suum prestitit iuramentum; quo facto nos Ebirhardus, Getzo ac Dudo arbitri predicti pronunciamus, quod predicti Johannes et Gerhardus et eorum heredes memoratos abbatem et conuentum in predictis bonis, iurisdictione, necnon attinentiis vniuersis nequaquam de cetero ullis vmquam temporibus impetere debent aut aliqualiter pregrauare.*)

Dat. a. d. M.CCC.XII, festo s. Urbani pape et mart.

(Die sehr gut erhaltenen Siegel der gen. Schiedsrichter hängen an, das Eberhards von Randeck in rothem Wachse. Das Siegel Dudo's von Urberg führt die Umschrift: S. Dudonis militis de Schornsh.) Orig.

Nr. 349.

1312 (10. Juni.) Cantor ecclesie s. Marie ad gradus mogunt., judex seu conseruator auctoritate apostolica deputatus, proposuit coram nobis in iure procurator abbatis et conuentus monasterii ebirbacen. nomine procuratorio et pro ipsis contra sculteturn, scabinos et vniuersitatem ville Leheym, quod cum prefati abbas et conuentus fratres coloni et inquilini eorundem habitantes in curia dicta Henev seu Leheym seu colentes eandem fuerint et sint in possessione pacifica a tempore cuius vix extat memoria depascendi pe-

---

*) Am 18. Sept. desselben Jahres protestirt der obengen. Johannes v. Wolfskehlen vor den Richtern zu Mainz gegen diesen Spruch über die Jurisdiction und den Zehnten zu Bensheim, welcher gemeinlich „Solzheen" (Seelzehnte?) genannt werde, indem er fortwährend behauptet und dafür Zeugen namhaft machen könne „predicta bona sua esse feoda et se infeodatum in ipsis per nobiles de Bickenbach, dominum Vlricum militem et Gotfridum domicellum, qui de bonis predictis infeodati sunt per abbatem foldensis ecclesie, qui abbas principalis est dominus racione sue ecclesie." Ritter Dudo von Urberg wird hier genannt „de Scorneshem." (Das Siegel der Mainzer Richter hängt sehr beschädigt an.) Orig.

cora sua et animalia existencia in ipsa curia vniuersa in pascuis et campis communibus sitis in terminis ville Leheym predicte et eadem animalia ad depascendum hactenus minauerint ad pascua seu campos supradictos tamquam possessores, prefati rei antedictos abbatem et conuentum fratres, colonos et inquilinos eorundem habitantes nomine ipsorum in curia predicta seu colentes eandem possessione eiusmodi depascendi eorum animalia in campis et pascuis supradictis publice et notorie turbant et molestant, quare petiuit prefatus procurator, quatenus prefatos reos ad cessandum necnon ad desistendum a turbacione et violencia in possessione pascuorum predictorum notoria et quod eos permittant frui pascuis predictis per nostram sententiam diffinitiuam condempnaremus et ipsos monuimus, ut prefatos abbatem et conuentum in possessione sua supradicta non turbarent aliquatenus vel si turbassent infra octo dierum spatium cum effectu studeant retractare, necnon passis violenciam et iniuriam de dampnis et interesse ac nobis satisfaciant competenter, alioquin prefiximus dictis partibus sabbatum proximum post Viti et Modesti martirum coram nobis ad ostendendum predictos reos quare premissa facere non debeant si potuerunt ...nsuri, quod si non fecerint prefatos abbatem et conuentum ad probandum violenciam admittemus, cauerunt quoque Wiricus Conradus dictus Hobeman, Weynricus dictus Stomp et Gerungus sub pena xx. marcarum denariorum colon. de ratahabitione predictis reis in prefato termino expresse referenda.

Act. a. d. M.CCC.XII, iv. idus junii.*)

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.) Orig.

*) Im Jahr 1314 wurden über die Weidgerechtigkeit des gen. Klosters vier Zeugen abgehört, nämlich: Waltherus de Wolfeskelen scultetus, frater Conradus conversus monasterii eberbacensis, quondam magister curie dicte Hene prope Leheim, Johannes de Erfelden dictus Biderkirchen et Wernherus dictus Loffelere, welche sämmtlich zu Gunsten des Klosters aussagen.

Nr. 350.

1312 (30. Juni.) Decanus ecclesie s. Johannis mogunt., rector ecclesie in Woluiskelen et magister Herrmannus de Sellenhan aduocatus sedis mogunt. arbitri in causa, que inter abbatem et conuentum monasterii ebirbacens. ex vna, plebanum, magistros fabrice et parochiales ville Woluiskelen predicte ex parte altera vertebatur super quodam legato ii. maldrorum tritici, deputati, decernimus pronunciando, quod predicti abbas et conuentus singulis annis soluent i. maldrum tritici et non vltra de iv. jugeribus terre arabilis sitis in terminis ville Woluiskelen, quorum iugerum tria sita sunt iuxta nouem iugera Emmerchonis militis de Prumheym et quartum iuger situm est ibidem modicum inferius iuxta vnum iuger Emmerchonis militis predicti uel quicunque dicta iv. iugera huiusmodi pro tempore possidebit, ecclesie Woluiskelen et plebano ibidem pro parte consweta hactenus diuidendum.

Act. et dat. in ambitu monasterii s. Johannis mogunt. a. d. M.CCC.XII, in crast. b. Petri et Pauli apost.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie des gen. Ritters Emmercho hängen in rothem Wachſe beſchädigt an.) Orig.

Nr. 351.

1312 (19. Sept.) Wir Johan den man nennit Voys von Dypach vnde Godefred der vitzdum von Heidelberg dun kunt, daz wir als rechte raitlude vnde beſchaitlude hain beſcheiden gar vnde genzliche alle die zweivnge vnde miſſehel, die da was tuſchen vnſeme herren deme Grabin Wilhelme von Catzenelinbogen von einre ſiten vnd herrn Heinriche von Erlicheim vnd hern Bertolfe gebruderin vnde frav Elſebethe der Stebenin von der anderin ſitin von deme dorf vnd von deme Gerechte zu Eſchilbrucke vnde von deme zienden zu Glappach vnde daz dorf zu Hobeſtade bit allen den vurwrtin alſ ir brieue ſprechint, die ſi von beiden ſitin dar vffhaint.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xii, des nestin dinsdagis vor s. Matheus dage.

(Die Siegel der Aussteller hängen unbeschädigt an.) Orig.

Nr. 352.

1313 (2. Febr.?) Ich Gotfrit von Bickinbach vnde Cunrat mins brudir sun dun kunt, daz wir vnsirm liebin vedirn Vlriche von Bickinbach alliz daz gut, daz vns von hern Burhulze ledich ist wurdin in deme dorf zv Zymmirin jr sucht vnd vn her sucht, hovistede vnd zinse vnd dar zv die voitdige mit allim deme rechte, alse wir iz gehabit hain, jme vnde sinin Erbin hain zv kaufe gigebit vmme xxv. punt gereidir hallere. — Zeugen: Heinrich von Richarthusin der ritter, Herbort von Obrinch., Heinrich von Zimmeren, Rvdolf der voit von Dieppurg vnd a. m.

Geb. n. Godis geb. m.ccc.xiii, an deme sundage vor vnsir vrowin dage Must messe.

(Die Siegel der Aussteller hängen nicht sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 353.

1313 (21. Mai.) Nos Dudo decanus, totumque capitulum ecclesie s. Victoris extra muros mogunt. profitemur, quod Heinricus plebanus in Osterich, concanonicus noster, vsufructum de bonis nostris dictis Halhart et Buchdunc ad dies vite sue percipiet, post mortem vero suam vicarius altaris s. Martini et s. Nicolai in ecclesia nostra habebit de predictis bonis omni anno xii. maldra siliginis et vii. maldra auene.

Act. a. d. M.CCC.XIII, xii. kal. maii.

(Das Siegel der Aussteller hängt unverschrt an.) Orig.

Nr. 354.

1313 (25. Mai.) Soror Cunegundis dicta abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium monasterii in Padenshusen — cum nobiles viri pie recordacionis dominus Wern-

herus de Bonlandia imperialis aule dapifer et dominus Philippus eiusdem aule camerarius dominus in Mynzenberg et in Falkenstein consanguinei, videntes et ex relacione nobilis matrone domine Gysele, collateralis domini Phylippi iam predicti, manifestius cognoscentes tenuitatem possessionum et victualium nostri conuentus, misericordia moti, jus patronatus ecclesie parrochialis in Gunninsheim, quod ad eos communiter pertinere dinoscebatur, facta donacione inter viuos nobis et nostro monasterio contulerint pro animarum suarum et omnium progenitorum suorum remedio ad melioracionem prebende nostri conuentus, sicut in priuilegio eorum super hac collacione confecto atque in privilegiis confirmationis et incorporationis Heinrici mogunt. sedes archiepiscopi plenius continetur, que videns dominus Phylippus iunior, qui nunc est dominus in Minzenberg et in Falkenstein, prefatorum domini Ph. et domine Gysele filius, sibi legi fecit et exponi, et se postmodum ad hanc donacionem tamquam a se factam beniuolum exibuit et benignum, idem quoque dominus Ph. iunior, intendens cauere pie intencioni parentum suorum et nobis circa testamentum eorundem tam liberaliter legatum, petit instantissime et peticionem suam, quia racionabilis esse videtur, modis omnibus wlt exaudiri, vt pro utilitate conuentus nostri redditus memorate ecclesie in Gunninsheim, qui vltra prebendam vicarii regentis eandem prouenire potuerint in tres partes diuidantur, ita sane etc. — Carta eciam presens de verbo ad verbum grossa litera debet scribi et parieti ambitus nostri vel chori affigi, ne de ignorantia nos valeamus excusare.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, Vrbani pape et mart.

(Die Siegel der Aussteller und des Abtes Wickindus von Arnsburg sind abgefallen.) Orig.

Nr. 355.

1313 (4. Juni.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod cum inter decanum et capitulum ecclesie mogunt.

ex vna parte et nobilem virum Gotfridum domicellum de Bickenbach dominum in Clingenburg ex altera, super bonis et redditibus infrascriptis eisdem decano et capitulo vt asserunt donatione inter viuos donatis ac causa mortis legatis per bone memorie quondam dominum Vlricum de Bickenbach, cantorem ecclesie mogunt., videlicet super bonis in Eruelden, que vocantur Damenacker, item super bonis an der wese brucken, item super bonis in Bubensheim quondam Bercmanni, item super redditibus dictis hubgulde, item super censibus et capponibus et super pratis ibidem, item super bonis in Rorheim, que vxor quondam sculteti colit, item super annona, quam dant heredes Gerlaci, item super bonis que colit Theodericus dictus Kolre et super dampnis dominorum predictorum lis et controuersia suborta fuisset, predicti decanus et capitulum in Johannem de Ryfenberg suum concanonicum et dictus Gotfridus pro se et Conrado, filio Philippi fratris sui, in Burchardum militem de Wolueskelen tamquam in arbitros concorditer compromiserunt, ita quod dicti arbitri inquisitis meritis et circumstanciis cause summarie et de plano ab incolis bonorum predictorum, sculletis et scabinis et aliis degentibus in villis eorundem non suspectis ac testamentariis litteris seu manufidelibus quondam domini Vlrici cantoris predicti infra huic et octavam proximam trinitatis in iure dixerint, illud dicte partes inuiolabiliter obseruare promiserunt.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, ii. non. junii.

(Die Siegel der Ausfteller, fowie Ulrichs, Gottfrieds und Conrads v. Bickenbach hängen befchädigt an.) Orig.

Nr. 356.

1314 (14. Febr.) Nos Hermannus, filius quondam Eberhardi camerarii magunt., Eberhardus, Johannes et Philippus, fratrueles dicti Hermanni, recognoscimus, nos Hermanno de Olmene armigero mediamnem nostrum, qui quondam fuit

Eberhardi camerarii, situm iuxta villam Gynnensheim inter Renum et Gerahe fluuios, locasse pro quadam summa pecunie. — Testes: Jacobus de Appinheim, Heinricus Ruhe de Nerstheim milites, ... dictus Rinfolze de Olmene armiger, Hertwicus dictus zume Heringe ciuis oppinheim., Conradus eiusdem loci notarius et q. pl. a.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIV, festo s. Valentini mart.

(Die Siegel der Aussteller, sowie des Schultheißen Peter von Oppenheim sind abgerissen.) Orig.

Nr. 357.

1314 (30. Apr.) In nomine domini amen. Nos Gerhardus, Arnoldus et Hertwinus fratres armigeri, filii quondam Burkardi militis de Woluiskelin, recognoscimus, quod cum inter abbatem et conuentum monasterii ebirbacens. ex parte vna, et nos fratres predictos ex altera super bonis sitis in villa dicta Bunsheim et terminis eiusdem duobusque mansis terre arabilis sitis in campo seu terminis ville Leheim, necnon juribus, judiciis, jurisdicionibus, dominiis, curiis, agris, pratis, pascuis, siluis, redditibus vniuersis dictis bonis annexis, justo vendicionis titulo per nostros progenitores venditis religiosis predictis, prout in literis super hoc confectis clarius continetur, lis seu controuersia longa verteretur, super qua per proborum virorum arbitratoriam sententiam contra nos iuste latam et legitime publicatam verius informati, actionem ex parte nostra fore friuolam et iniustam, nec aliquid juris in bonis predictis nos habere; ipsis religiosis indebite grauatis per nos, iusticiam habentes pre oculis vniuersis bonis predictis vna cum juribus etc., nec non omnibus actionibus et inpetionibus nobis ex quacumque causa conpetentibus nunc vel in futurum, renunciamus pro nobis et heredibus nostris pure, simpliciter et in totum. In quorum omnium et singulorum perpetuam firmitatem presentes literas memoratis abbati et conuentui sigillorum judicum s. mogun-

tinensis sedis, nec non Syboldi abbatis monasterii s. Albani extra muros moguntin. ac Emerchonis de Prumheim et Dudonis dicti de Vrberg militum, meique Gerhardi armigeri predicti, quo nos Arnoldus et Hertwinus prefati, propriis carentes sigillis, contenti sumus et vtimur in hac parte, tradidimus munimine communitas.

Act. et dat. fer. iii. a. fest. ascens. dom. a. d. M.CCC.XIV.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

Nr. 358.

1314 (7. Nov.) Nouerint vniuersi, quod cum Rudolfus plebanus in Omistat maiori archipresbiter per montat synodum presideret in ecclesia Maspach et inter cetera inuenisset tectum uentris ecclesie predicte fore confractum, quod quidem tectum tam rustici ville predicte quam commendator et fratres domus hospitalis ibidem reficere recusabant, propter quod dictus archipresbiter feriam v. p. omnium sanctorum dictis partibus ad comparendum in Aschaffenburg coram decanis, plebanis et viceplebanis conuentibus ad capitulum ibidem recepturis super eo, quod dictauerit ordo refectionis. Nos uero Husemannus de Ysenbach per terminos montad et (leere Stelle) de Haselach per capitulum Rotgau decani Rudolfus archipresbiter predictus necnon ceteri plebani predicti inspecta consuetudine, que est obseruata a tempore, quo memoria non existit, in prepositura ecclesie in Aschaffenburg predicti secundum consuetudinem predictam pronunciamus dictos rusticos reficere debere, quod vulgariter stuppen nuncupatur, ventrem ecclesie predicte de redditibus pertinentibus ad fabricam ecclesie memorate, dummodo expense dicte refectionis vltra v. vel vi. solidorum denariorum summam se non extendant.

Act. a. d. M.CCC.XIV, fer. v. predicta.

(Die Siegel des gen. Decans und des Erzpriesters sind abgerissen.) Orig.

Nr. 359.

1315 (15. Jan.) Universis sit manifestum, quod cum nobilis vir dominus Syfridus de Eppinstein, domino Salmanno seculari judici mogunt. et Elizabethe ejus legitime c. maldrorum siliginis redditus annuos super curia sua in villa Breckenheim sita, et Jungemanno, filio Tylemanni de Juveni, l. maldrorum redditus siliginis super bonis suis et curia in villa Delkelnheim, necnon Tyelmanno et Johanni, liberis Johannis, filii Reinoldi de aurea ove, civibus mogunt., l. maldrorum siliginis redditus super curia et bonis suis in villa Ruwenheim et super earundem curiarum attinentiis universis, ad predictarum quinque personarum singularum vite dumtaxat terminum persolvendos in hunc modum vendiderit — supradicti Salmannus judex, Jungemannus et Johannes, Reynoldi filius, coram Nicolao seculari judice mogunt. pariter constituti, pro se et suis heredibus borgarunt i. e. per cautionem judiciariam, que Burgen vulgariter dicitur, sese singuli adstrinxerunt, quod ipsis, ut dictum est, defunctis, supradicto domino Syfrido de Eppinstein suisque heredibus reddere debeant vallata pena pecuniaria supradicta.

Act. presentibus Emerchone de Landecke, Ottone zum Bvtishove et Hennekino zum Dusborge, civibus mogunt. a. d. M.CCC.XV, fer. v. prox. p. octav. Epiphanie dom.

Cop.-Buch.

Nr. 360.

1315 (14. Mai.) Frater Helphricus de Rudenkeim prior s. domus hospitalis b. Johannis jerosolimitani per Allemanniam commendatori, priori et fratribus domus nostre in Masbach salutem. Quia domus predicta in Masbach vobis fratribus de conuentu predictis ad vestram pitantiam in summa xvi. libr. hallens. est obligata et e conuerso vos de vestra pitantia predicte domui in subscripta pensione annua videlicet

i. sol. den. et i. maldri siliginis de bonis Eberhardi dicti Santgrvbere, item xiii. sol. hall. et iiii. hall. de bonis Conradi dicti Santgrubere, necnon vi. sol. hall. de curia Hermanni dicti Nesselere persoluenda, estis obligati, ideo cum vicecommendatoris ibidem, fratrumque predictorum debita huiusmodi indebita reflexerimus, vobis mandamus, vt dictam nostram reflexionem seu quitationem ratam omnino teneatis.

Dat. in Masbach fer. iv. infr. fest. pentecost. a. d. M.CCC.XV.

(Das Siegel des Ausstellers in rothem Wachse hängt zur Hälfte noch an.) Orig.

Nr. 361.

1315 (24. Juni.) Nos Ludewicus comes de Renechen recognoscimus, quod cum inter abbatem et conuentum monasterii s. Albani prope muros mogunt., a quibus aduocaciam ville Leheim dinoscimur optinere, Burchardum, Emerchonem et Arnoldum milites, Gerhardum et Hertwicum armigeros, fratres, vasallos nostros dilectos, pretextu ipsius aduocacie ex una et abbatem et conuentum monasterii ebirbacensis ex parte altera, super pascendis pecoribus existentibus in curia dicti monasterii ebirbacens. dicta Heney, sita in terminis ville Leheim predicte, materia questionis fuisset suborta ac demum ad exhortacionem P. archiepiscopi mogunt., necnon Cunradi militis de Rudinsheim eadem discordia amicabiliter sit composita, ad peticionem dictarum partium eandem compositionem ratam habemus.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in fest. b. Johannis bapt.*)

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.) Orig.

---

*) 1327 (29. Dec.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod frater Ebelinus de Oppenheim et frater Nycholaus de Moguntia sacerdotes, monachi monasterii eberbacensis, coram nobis recitabant, quod cum olim quondam dominus Gerhardus de Prumhein miles abbatem et conuentum dicti monasterii in quadam curia in Leheim wlgariter dicta in Hene sita ex opposito opidi Oppenhein

Nr. 362.

1315 (24. Juni.) Nos Syboldus abbas totusque conuentus monasterii s. Albani apud Maguncíam, Burchardus, Arnoldus milites, Gerhardus et Hertwicus armigeri fratres, necnon Emmircho dictus de Prumheym miles, aduocati ville Leheym, scire cupimus, quod cum inter nos ex parte vna et abbatem et conuentum monasterii ebirbacensis ex parte altera, super pascendis pecoribus in curia predicti monasterii dicta Heynei sita in terminis ville Leheym suborta fuisset materia questionis, post multos tractatus habitos super eo, tandem P. archiepiscopi mogunt. necnon Conradi militis de Rudensheym inductu et consilio mediante predicte dissensionis materia in totum et taliter est sopita, videlicet quod predictum monasterium uel coloni ipsorum predictam curiam

---

ultra Renum, que quidam curia dicto monasterio proprietatis titulo pertinuerit et adhuc hodie pertineat, grauiter inquietaret de facto, asserens licet falso sibi quoddam ius aduocacie, quod wlgariter ein vautye dicitur, in eadem curia pertinere, tandem felicis recordacionis Wernherus tunc s. mogunt. sedis archiepiscopus eundem dominum Gerhardum ab inquietacione huiusmodi deduxit per viam iusticie ac amicabilis compositionis, ita videlicet, quod ipse dominus recognoscere deberet, sibi nichil iuris in dicta curia pertinere ac nichilominus iniurias per ipsum dictis abbati et conuentui illatas deberet eis secundum consuetudinem sui monasterii emendare, cui quidem deductioni dictus dominus recognouit, sibi nichil iuris competere in curia sepedicta, insuper ipse dominus Gerhardus ad dictorum abbatis et conuentus cenobium veniens propria in persona, exutis vestibus ac nudis pedibus per ambitum dicti monasterii circoiuit, necnon in domo capitulari ibidem, vbi fratres et conuersi pro suis delictis corrigi consueuerunt, per abbatem tunc temporis existentem cum virgis percussus et correctus fuerat, secundum ipsius monasterii consuetudinem, quibus recognicioni publice ac emende per prefatum militem sic factis, predicti frater Ebelinus et frater Nicholaus deponentes dixerunt se interfuisse propriis in personis. (Notariatsinstrument. Heinricus Heinrici de Augusta clericus publicus notarius.)

Heynei inhabitantes, xxxii. vaccas lactuales possint licite detinere, pascendas in pascuis ville Leheym de gratia non de jure, quam tamen gratiam perpetuam esse volumus, ita sane, quod in signum huiusmodi gratiae et memoriam monasterium eberbacense ii. libras cere ad cameram abbatis monasterii s. Albani in festo b. Albani martiris porrigat annuatim, salua in omnibus predicto monasterio ebirbacensi pastura omnium aliorum animalium seu pecorum, que ipsum monasterium seu curia eorum Heynei predicta in terminis ville Leheym hactenus habuerunt de approbata consuetudine uel de iure. In cujus facti euidenciam P. archiepiscopi magunt. et Conradi militis predictorum sigilla vna cum nostris sigillis appendi rogauimus huic scripto.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XV, i. festo b. Johannis bapt.*)
(Sämmtliche Siegel hängen unbeschädigt an, die beiden erstgenannten in rothem Wachse.) Orig.

Nr. 363.

1315 (22. Dec.) Officialis domini prepositi ecclesie s. Victoris extra muros magunt. recognoscimus, quod constituti coram nobis in figura judicii Baldemaro dicto Kysel et Methilde coniugibus de Seylfort nostre prepositure, predicti coniuges recognouerunt, se magistro Heinrico de Spira canonico s. Victoris ecclesie ad vnum altare vendidisse ii. maldra siliginis perpetue pensionis, assignantes eidem pro subpignore iv. iugera terre arabilis in vno sulcu sita in ter-

*) 1321 (23. Dec.) schlichten auf den Grund des obigen Vergleiches Petrus de Behtolfesheim, Hartmannus de Bensheim, Heinricus de Richartshusen milites, Folzo de Alzeya et Heilmannus dictus Bruning, ciues in Oppinheym, als Schiedsrichter, einen wiederholten Streit über die Weide vor dem Hainer Hofe zwischen dem Kloster Eberbach auf einer, und der Gemeinde Leeheim, sowie Emercho, Arnold und Burkhard, Rittern und Gerhard und Hertwich, Edelknechten (armigeri), Gebrüdern, auf der andern Seite zu Gunsten des gen. Klosters. (Die Siegel der Schiedsrichter hängen unversehrt in rothem Wachse an.) Orig.

minis ville Seylfort super buensheymer wech apud alterum dimidium iuger relicte quondam Heinrici Lorchere ex vna et ex altera parte apud dimidium juger spectans zume leufelande et alterum dimidium iuger vinearum sitarum in prefatis terminis super leymgrube apud vineam relicte Svlzeberen.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XV, xi. kal. decembris.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

Nr. 364.

1316 (14. Jan.) Nos soror Kunegundis dicta abbatissa, totusque conuentus monasterii in Padinshusen recognoscimus, quod nos redditibus iv. marcarum annui census, nobis per commendatorem et fratres domus theutonice in Sassenhusen deputatorem, renunciamus omni juri siue actioni, que nobis contra eos competebant seu competere possent in futurum ratione partis hereditarie bonorum per fratres Gysonem, Rudolfum et Conradum dictum Moffelo, dicte domui theutonice collatorum, nos ex parte Elysabeth et Elysabeth nostrarum consororum dictarum de Wilebach jure hereditario contingentis, profitemur nichilominus, nos obligatas ad peragendum anniversarium diem obitus Gysonis predicti et Drutlindis quondam vxor sue, Hartmudi et Kunegundis coniugum, necnon Friderune in vigilia purificationis b. Marie virginis.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVI, octava Epyphanie dom.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 365.

1316 (18. Feb.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Hennekynus clericus, filius quondam Gudeberti de Godela, in nostra presentia constitutus recognouit, se vendidisse jugera et bona sua infrascripta sita in terminis ville Godela predicte ad ipsum iure dominii pertinencia, decano et capitulo ecclesie mogunt. pro cl. libris hallensium, quorum bonorum situs talis est, videlicet dimidia curia sita

in villa Godela, que quondam erat Godeberti patris ipsius Hennekyni — in primo campo versus arkyrloch contiguum Wifrido — prope Burkardum — prope Beckershusen — contiguum Petrisse — contiguum Burchardo — prope Wibilssalgen contigua Arnoldo militi de Lorich — contigua sculletisse — in secundo campo versus Houen ii. iugera retro villam contigua Johanni de Cronenberg — vf mittelwege contigua Beckershusen — contigua Dytzoni — in tercio campo versus Eruelden — prope Johannem opilionem — vf Loch contigua Bekershusen — in campo retro Boppinheim i. pratum, quod dicitur vir mannismatwisen apud Dytzonem militem — que quidem bona prefatus Hennekinus coram sculteto et scabinis in judicio seculari dicte ville Godela se resignasse recognouit.

Act. a. d. M.CCC.XVI, xii kal. februarii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe abgefallen.) Orig.

Nr. 366.

1316 (28. April.) Nos Theodericus abbas, Walpertus prior et totus conuentus monasterii selgenstad. recognoscimus, quod cum confrater noster Conradus thesaurarius ecclesie nostre vltra vite sue necessitatem quandam summam pecunie congregasset ac de nostro consilio cum eadem redditus cujusdam pensionis annue videlicet ii. octualia siliginis apud Conradum dictum Schefere colonum nostrum in Erlebach, iii. maldra siliginis erga Heinricum dictum Crotze, ii. maldra apud Fridericum et Conradum fratres, filios quondam Ottonis, super xxxii. jugeribus et curia sua in villa Welnsheim ex ista parte sitis, et apud Heilmannum dictum Weynere i. maldrum siliginis super bonis suis ibidem in Welnsheim constitutis, necnon ii. maldra apud Amelonem filium Wencelonis super xxx. jugeribus terre arabilis et curia sua in villa Hildenhusen, iv. solidos denariorum erga Heinricum dictum Colre super viii. jugeribus etiam terre arabilis ac dimidio mannesmad pratorum ibidem in Hilden-

husen iacentibus, comparasset, ipse redditus prescriptos de nostro consensu vnanimi ad officium custodie predicte nostre ecclesie deputauit, ut diuinorum officia eo sollempnius per nos et nostros successores in posterum eternaliter peragantur.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, iv kal. aprilis.

(Die Siegel der Aussteller hängen unversehrt an.) Orig.

Nr. 367.

1316 (25. Mai.) Ich Hvg der Groze ein Bvrger in der stat zv Winphen tvn kvnt, daz ich mit gvter gvnster miner elichen wirtinne vrowen Elsebeten vnd aller miner erben hon verkaupht der erberen Ivncfrauwen Agnesen von Adelmannesuelden ii. phunt ewiges heller geltes vff minem huse vnd vffe miner schvren div do beidv sten in der stat zv Winphen bi dem spital vnd der inren badestuben do ich iezvnt inne wone, vnd vffe einem vleischbanke, der do ist geheizen Mergarte bank, vmme xvi. phunt heller. — Zeugen: brvder Heinrich von Gemvnde, brvder Willehelm zwene brvder prediger ordens, her Bertolt von Wizzach ein phrundener in dem tal zv Winphen, her Eberhart Volpreht ein richter zv Winphen, Cvnrat Razman vnd her Heinrich der Ivnge Hvzbvrger ze Winphen.

G. n. Chr. geb. m.ccc.xvi, an s. Vrbanstage.

(Die Siegel des Peterstifts und des Offizials des Probstes zu Wimpfen i. T. hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 368.

1316 (22. Juli.) Nos Elizabeth, relicta quondam Nycolai armigeri de Woluiskelin, Johannes de Cronenberg, Nycolaus pastor ecclesie in Woluiskelin, Gudela, Hedewigis cum Cunrado dicto Krig marito suo, et Margareta liberi mei, recognoscimus, quod cum ego Johannes dictus de Cronenberg predictus, nomine meo et omnium nostrorum iam dictorum

abbatem et conuentum monasterii de Ebirbach super jurisdictione, decimis et aliis juribus et bonis sitis in villa Bunsheim cum attinentiis quibuscunque, item super nemore dicto vorst, sito ante curiam dictam Leheim eorundem religiosorum per Johannem quondam de Cronenberg patruum nostrum et Gudam coniuges, tytulo ypothece, vt in literis conductionis super eo confectis liquido continetur, eisdem religiosis obligato, et propter negligenciam pensionis soluende ad jus et dominium predictorum religiosorum cedente et eisdem in figura judicii legittime adiudicato ac iam multis annis ab eisdem quiete possesso, credens, bona predicta fore feodalia, tandem comperiens, inuestigatione habita, nos in prefatis bonis vniuersis et singulis jus penitus non habere, nec ea fore feodalia, prout quandoque minus iuste putabamus de facto, quia nullum ius nobis competit in eisdem; renunciamus omnibus actionibus directis et indirectis, exceptionibus quibuscunque, beneficio legis commissorie et aliis suffragiis juris vtriusque, profitentes nos nullum omnino jus in prefatis bonis omnibus nos habere, sentenciam per strenuos viros Eberhardum de Randecke tunc sculthetum in Oppinheim, Thudonem de Vrberg, Gotzonem de Moguntia milites, arbitros ad hoc electos, super prefatis bonis in Bunsheim pro predicto monasterio latam, tamquam iustam et rationabilem per omnia approbamus.

Et ne de premissis oriatur aliquis scrupulus erroris presentes literas nobilium virorum dominorum Philippi senioris domini in Minzinberg, Philippi junioris domini de Falkinstein, Emerchonis militis de Foudisberg dicti de Woluiskelin, consanguinei nostri, atque nostris Nycolai videlicet et Johannis de Cronenberg predictorum sigillis prefatis religiosis tradidimus in euidens testimonium omnium premissorum.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, i. d. b. Marie Magdalene.

(Die Siegel hängen, mit Ausnahme des dritten, ziemlich gut erhalten an.) Orig.

Nr. 369.

1317 (27. Aug.) Nos Theodericus abbas, totusque conuentus monasterii in Selgenstad notum esse volumus, quod cum Cunradus thesaurarius noster quandam summam pecunie vltra sue vite necessitatem collegisset, fecit vt de iure debuit et eam in pios vsus sui cenobii expendit et curiam sitam in Luzelbuchen cum omnibus attinenciis apud Fredericum militem de Babenhusen et vxorem suam, necnon Cunradum fratrem suum, filios quondam Wortwini sculteti in Babenhusen, comparauit, item in Hildenhusen x. solidos hallensium de dimidio mansmadwisen deputauit, vt festa sanctorum subsequencia diuinorum officiis eo sollempnius per nos et nostros successores eternaliter peragantur. — Testes: Theodericus abbas, Wolpertus prior, Henricus Baurus camerarius, Symon infirmarius, Eberhardus censuarius et alii q. pl.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVII, vi. kal. augusti.

(Das Siegel des Abts fehlt, das Conventssiegel ist zur Hälfte abgefallen.) Orig.

Nr. 370.

1318 (1. Jan.) Nos Dudo decanus, totumque capitulum ecclesie s. Victoris extra muros magunt. recognoscimus, quod Henricus plebanus in Ostrich, noster concanonicus, mediam partem bonorum in campis ville Bischouesheim sitorum, que emimus erga dominum Karolum militem de Ingelnheim et Eberhardum dictum Velkener armigerum, videlicet partem ipsius Eberhardi de pecunia sua soluit, de ipsisque bonis sic disposuit, scilicet quod ipse Henricus in dicta parte bonorum usufructum ad tempora vite sue habebit et de ipsis disponet, prout sibi videbitur expedire, post obitum vero ipsius prefata medietas bonorum in augmentum prebendarum ecclesie nostre conuertetur.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, vii. id. januarii.

Cop.-Buch des St. Victorstifts zu Mainz.

Nr. 371.

1318 (9. Juli.) Wir Bertolf graue von Katzenellebogen don kunt, daz wir wal ghegunnen Euerharde deme grauven von Katzenellenboghen vnseme neuen das he versetze nach alle sime willen xxx. malder corns zo P u n g s t a t ende xxv. malder corns zo V r b a c h wane her di ghelöset.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xviii, des sunnendaghes vor s. Margareten daghe.

(Das Reitersiegel des Ausstellers in grünem Wachse ist sehr beschädigt.) Orig.

Nr. 372.

1318 (24. Dec.) In nomine domini amen. Nos Cunradus abbas et conuentus monasterii in Kamberg, ordinis s. Benedicti, herbipolensis dioecesis, constare volumus, quod cum ipsum monasterium nostrum propter grauia debitorum onera et dampna non modica, que ex ipsis debitis prouenerunt, adeo in temporalibus sit collapsum, quod nisi sibi celeri remedio succurratur, nunquam adiciet vt resurgat, volentes indempnitati dicti monasterii precauere, cum dampna et debita predicta de bonis mobilibus aut se mouentibus ipsius monasterii solui non possint, deliberacione prehabita, visum fuit omnibus nobis et singulis conuocatis melius expedire, vt per alienacionem rerum immobilium indempnitati predicti monasterii consulatur. Habito itaque inter nos super alienacione rerum immobilium, diligenti tractatu, post varias hinc inde discussiones habitas super ipsa, placuit vniuersis et singulis de conuentu nostro prefato per alienacionem bonorum nostrorum, que in villis A s t h e i m, Rudensheim et P u n g s t a t et earum terminis, magunt. dyocesis, habere dinoscimur, exceptis decimis in A s t h e i m, indempnitati nostri monasterii prouidere, cum talem alienacionem non sit dubium nobis et ipsi nostro monasterio profuturam. Propter quod attendentes vrgentem necessitatem eris alieni ac debitum

vrgens, interueniente omnium et singulorum de conuentu nostro voluntate expressa pariter et consensu, accedente nihilominus domini nostri Gotfridi episcopi herbipolensis voluntate et consensu, prouido viro Frigeloni dicte von dem Eselwecke, ciui mogunt., et suis heredibus supradicta bona cum suis pertinenciis vniuersis vendimus pro precio cccc. librarum hallensium, quod quidem precium recognoscimus nos habuisse, recepisse et in vsus nostros necessarios et vtiles conuertisse.

Dat. Herbipoli a. d. M.CCC.XVIII, ix. kal. decembris.

(Die Siegel der Ausſteller und des Biſchofs Gotfried hängen an roth ſeidenen Schnüren ſehr gut erhalten an.) Orig.

Nr. 373.

1319 (15. April.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Wernherus dictus Flecke sculletus et Johannes Preco scabini ville Gynsheim suo et aliorum scabinorum dicte ville nomine, scilicet Hanemanni dicti Karpe, Jacobi dicti Wirbiss, Hermanni dicti Munich ac Wernheri dicti Stemelere, recognoverunt, quod Henricus dictus Eselwecke armiger, natus quondam Henrici dicti Eselwecke militis, coram ipsis in figura secularis iudicii dicte ville Gynsheim constitutus, vxore ipsius legitima presente et expresse ratificante, vendidit decano et capitulo ecclesie s. Marie ad gradus mogunt. annuos redditus xv. maldrorum siliginis pro xc. libris hallensium, quos quidem redditus predictus Henricus promisit singulis annis predictis decano et capitulo s. Marie presentare et ad litus Reni ante portas ciuitatis mogunt. ministrare, pro quorum redituum solutione debita facienda prenominati sculletus et scabini recognouerunt, antedictum Henricum bona infrascripta eisdem decano et capitulo titulo subpignoracionis obligasse in iudicio supradicto, quorum specificationem talem esse dicebant. In primis videlicet vnam aream sitam in villa G y n s h e i m — vber de weg offeme hauwe neben der frawen

zum Burne stabe amne holtz marche — neben hern Gisen zume hoenhus — in den awen weg neben Peder zume hohenhus — in den awen neben den spidelern — an der angewende offin hobestede — in campo dicto Saleckere — apud dominam zume waldertheimere — vber den menzer weg — in steynen hawe neben der Burnsteben — in campo qui dicitur nuwenwisen iuger in den Rormorgen — offene hoenreyne neben den spidelren — in campo dicto Berlange duale apud Jacobum nigrum — vffme var wege neben den spidelren — in campo dicto visch wise — neben Frideriche de Bisschobesheim — zu quecborn apud vxorem Hertwici dicti Eselwecke — offen cruze Boil — offen Lochburne — apud Gisonem ad altam domum — apud fretum in Buensheim — in deme Eigen — in deme holtzwege neben deme Neychere — vffeme Grase wege — in den graben — in der vis wisen — in pascuis in Bisschabesheim — in der Crumen wisen — in der greue lachen — offen Rin neben den spidelren.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XIX, xvii. kal. aprilis.

(Das Siegel der Aussteller hängt sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 374.

1320 (11. März.) Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. Petri extra muros mogunt. recognoscimus, quod cum super ordinatione inter Gotfridum de Eppinstein, prepositum ecclesie nostre, ex parte vna et nos ex altera super locatione reddituum ad preposituram ecclesie nostre spectantium, nobis pro pensione annua xxvi. marcarum denariorum eidem preposito et suis successoribus per nos assignandorum perpetuo locatorum, necnon super iure patronatus trium ecclesiarum, videlicet Ouenbach, Birgela et Bybera, per nos in ipsum prepositum et eius successores translato, ac earum occasione suborta fuisset materia rancoris, nos com-

positi sumus, quod nos ordinacionem, locationem et iuris patronatus translacionem predictam ratificamus.

Dat. a. d. M.CCC.XX, v. id. marcii.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 375.

1320 (9. Aug.) Cum ea — sciant igitur, quod nos Walpertus abbas, Conradus prior, totusque conuentus monasterii selgenstad. domino Cunrado sacerdoti dicto de Nuheym contulimus duo altaria in monasterio nostro, videlicet vnum s. crucis cum viii. maldrorum siliginis redditibus, aliud omnium sanctorum cum prouentibus sibi attinentibus vniuersis.

Dat. in Selgenstad a. d. M.CCC.XX, in vig. s. Laurencii.

Cop.-Buch des Kl. Seligenstadt.

Nr. 376.

1320 (23. Oct.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Odylia, relicta quondam Conradi dicti Winterkast, ciuis mogunt., in nostra presentia constituta recognouit, se vendidisse decano et capitulo ecclesie maioris mogunt. redditus xii. maldrorum siliginis pro lxxx. libris hallensium, promisit eisdem predictos redditus tradere ad litus Reni, videlicet ad portam piscium que dye vyschporte wlgariter nuncupatur, pro quibus redditibus persoluendis jugera sua terre arabilis infrascripta in villa Russillensheym sita prefatis dominis pro subpignore obligauit, videlicet iuxta dicti Bluel — in insula iuxta dominas de veteri cella — iuxta Conradum dictum dunwirt, que extendit se vltra viam Ruenheym — iuxta Nycholaum de Byschouisheym — super viam dictam lengerwech — vf dem lengerwege iuxta Rupertum — in semdal apud Gotzonem dictum wein — iuxta Gobenwyse — super dydinbohel iuxta Hermannum pastorem — super via molendini iuxta Winterkast — iuxta Conradum dictum der Kinde — in der horbach — in dem lange se — iuxta Fry-

dericum dictum Winterkast — super via holzwech vltra horbach — in dem warwege — vf dem varwege — in smalbach — iuxta Johannem de Flersheym — iuxta Gotzonem dictum Wern in Heydelwech — iuxta dinkilnacker apud aduocatum de Seyluort — in Ramse — prope nigrum montem — area sita in vico dicto Grimgazze — an dem dorn — vf den wingarten — iuxta cruces vltra viam Ruenheym — iuxta Gertrudim beginam in semdal — super langen gern — in wyenwerde — coram dicto Paffe sculteto et scabinis in Russelinsheym in judicio seculari se resignasse dicebat in manus Rudolphi dicti de Attendern, vicarii ecclesie maioris mogunt. predicte, presentibus Johanne dicto de Flersheym, Erinfrido, Heylmanno dicto Lange, Ruperto, Arnoldo dicto Vokmanno et Johanne fabro ac a. q. pl.

Act. a. d. M.CCC.XX, in die b. Seuerini conf.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

Nr. 377.

1321 (2. April.) Ego Hermannus armiger, filius quondam domini Emerchonis dicti Wyndubpe militis, recognosco, quod propter grata et fidelia obsequiorum merita, mihi per Arnoldum de Rana sepesepius impensa, bona, videlicet jnsulam vnam dictam Knobelouches Owe versus Badinheim sitam et aquam dictam Wyndubpes wazzer et ortum situm ante Mogunciam vbi portam dydenporten exitur a sinistris, et alia bona feodalia, que ab abbate monasterii s. Jacobi extra muros mogunt. dependent et que hactenus ab eodem abbate in feodum dinoscor habuisse, necnon insulam vnam, que der lange wert nuncupatur in Mogano sitam versus Byschofisheim et aquam ante eandem insolam defluentem et vniuersa alia bona feodalia, que hactenus a domino meo de Falkinstein habuisse dinoscor, memorato Arnoldo et suis heredibus contuli.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXI, fer. v. p. dom. letare.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

Nr. 378.

1321 (18. Apr.) Nos Walpertus abbas, Conradus prior, totusque conuentus monasterii seligenstad. notum esse volumus, quod cum confrater noster Conradus ecclesie nostre thesaurarius vltra vite sue necessitatem quandam summam pecunie congregasset et cum eadem pecunia redditus annue pensionis, videlicet iv. octalia siliginis super dimidia huba pertinente ad curiam nostram in Molnheym, fronehof wlgariter dictam, pro quorum subpignore iv. iugera preter quartale agrorum iacencium infra villas Molnheym et Bebera cum duobus pratis in villa Roda sitis wlgariter obewendig der hulzbrunen sibi eternaliter sunt obligata, pro x. marcis denariorum comparasset, et tercium dimidium maldrum siliginis, dimidium maldrum caseorum, vnam aucam et pullum estiualem super quibusdam bonis sitis in villa Rodenbach, necnon apud Jacobum de Kebele ii. maldra siliginis super viii. iugeribus agrorum subpignorancium diuisim situatis, quorum in campo ville Rosdorf ii. jugera et quartale super viam rosdorfirweg, ii. versus siluam in campo, et in eodem ii., item et in campo dicto michilueld alterum dimidium iuger inueniuntur situata, prescriptos redditus ad officium custodie dicti monasterii nostri specialiter deputauit.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXI, in vig. pasche.

(Die Siegel der Aussteller sind abgefallen.) Orig.

Nr. 379.

1321 (24. Apr.) Ego Rudolfus de Sylberberg ciuis mogunt. et heredes mei recognoscimus, quod decem annis se immediate habentibus, currere incipientibus a. d. M.CCC.XXI, in festo kathedre b. Petri apostoli exspiratis et finitis, nobis nullum jus, oves nostras pascendi in pascuis ville Ginzheim, emptis apud nobilem virum Ph. dominum in Mincemberg seniorem competere quoquomodo, harum literarum

testimonio, sigillo fratris mei Salmani judicis ciuitatis mogunt., quia proprio sigillo careo, firmiter communitarum.

Dat. a. d. vt supra in die Thymotei apost.

(Das Siegel hängt wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 380.

1322 (26. Jan.) Judices curie worm. recognoscimus, quod Conradus dictus de Randecken miles et Margareta vxor eius in nostra precencia constituti vendiderunt annuos redditus xii. maldrorum siliginis super redditibus suis, videlicet xlviii. maldris siliginis et x. maldris tritici, quos ipsis Conrado et Margarete dant Fritzo in vado et sui socii de bonis suis in Northeim sitis, decano et capitulo ecclesie s. Pauli worm. pro lx. libris hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXII, i. d. b. Policarpi mart.

(Das Siegel der Aussteller hängt wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 381.

1322 (28. Febr.) Jch Boppo von Erynteburr ein Burger zu Winphen tun kunt, daz ich an dem nehsten svntage noch vnser vrouwen tage so man die kerzen wihet, do man zalte von G. geb. m.ccc.xxii, min dink alſo machte vnd ordent mit dem prior vnd den brvderen prediger ordens des huſes zv Winphen, alſ hienoch ſtet geſchriben. Jch vergihe, daz daz Hus do ich iezunt inne bin, daz ich mit minem gvte ſchvf gemachet vrouwen Jvten ſelgen von Menzingen, die bi mir was vmme iren dienſt, den ſv mir tat, daz daz ſelbe hus von ordenunge der vorg. Jvten ſelgen von Menzingen bi lebendigem vnd geſvndem irem libe iſt ledeclichen noch irem vnd minem tode zv einem almvſen durch ir vnd miner ſele willen der vorg. des priors vnd der bruder prediger ordens des huſes zv Winpfen, En daz vffe demſelben huſe ſvlen ſten ewiclichen xii. ſchillinge geltes zv den iorgeziten der vorg. Jvten vnd min von ietſwederen vnſer ſo ez geſtorben iſt, vi.

schillinge heller, daz die vorg. prediger auch deste daz die selben xii. schillinge mogen gehaben, so vergihe ich, daz ich iezunt bi gesvndem vnd lebendigem libe mine schuren div an dem huse ist, die ich ouch schuf gebawet vnd ouch ir were noch minem tode. Jch hon auch verkauft ein huselin daz cleine, daz an dem vorg. huse stet, daz etswanne was Giseln selgen von Husen. — Zeugen: hern Volprehte, hern Frizzen selgen tohterman der ein richter ist, hern Conrade Rozmanne, hern Burkarte Wikkenuogt vnd hern Heinriche von Gevach burgern zu Winphen.

(Das Siegel des Richters des Probstes des Peterstifts zu Wimpfen i. T. ist abgefallen.) Orig.

Nr. 382.

1322 (10. März.) Jch Volrad Ritter schultheize zu Frankenuord bekennen, daz die ersamen Lude Elsebeth Lutzen wirtin von Orbruch dem got gnade, Hennekin vnd Jacob ir sune, Grede ir dochter vnd Hennekin ir eliche wirt burger zu Frankenuord vor mir waren vnd irkanten sich, daz sie virkouft hetten, allis daz gut, daz sie hatten zu Rimpbrucken is heize wie is heize dem appete vnd dem Conuente von Selgenstat vmme l. mark phenninge ie dri haller vor den phennig zu rechene, vnd hant sie burgen gesast vor werschaft jar vnd daich die bescheden lude Guntramen einen becker, Nebelungen einen Metzelere burger zu Frankenuord vor einen itzlichen lantman. — Zeugen: die bescheden lude Heilman von Escherssheim vnd Conrad zum Raben burger zu Frankenuord.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxii, an der neisten mittewochen vor s. Georien dage.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

Nr. 383.

1322 (25. März.) Nos Heinricus fuldensis ecclesie abbas recognoscimus, quod nos, accedente consensu Theoderici decani, prepositorum ac aliorum prelatorum nostrorum,

totiusque conuentus nostri, capellam in suburbio castri nostri Oetsperg de nouo construendam, dedicandam ac consecrandam in honorem s. Marie virginis, quam Cunrado clerico nostro dicto Luchs contulimus ad diuini cultus augmentum dotare congruis ac ipsam eximere cum suis bonis cupientes, infrascripta bona, redditus siue census, ad nos et dictam nostram ecclesiam proprietatis titulo pertinentes, eidem capelle in dotem assignauimus, volentes vt dictus Cunradus seu alter capellanus secularis, qui pro tempore fuerit, per nos et nostros successores instituendus perpetuo in ipsa capella personalem residenciam habeat. Bona autem, redditus et census, per quos dicta capella per nos est dotata, sunt ista: curia dicta Hulzingesezze sita prope villam dictam Heypach cum agris, pratis, pascuis, siluis, aquis et aliis prouentibus quibuscunque; decima nostra circa castrum Oetsperg sita maior et minuta; vna huba sita in Haboltsheim, quam quondam Hermanus pistor coluit, cum agris, pratis et suis iuribus quibuscunque; iv. iugera vinearum sita in villa Klyngen, necnon vna area ad construendam curiam in dicto suburbio; vnus ager extra suburbium pro orto ac xv. iugera agrorum arabilium in monte castri prelibati. Volumus insuper, vt ipse Cunradus capellanus et sui successores in eadem capella inantea gaudeant et fruantur in omnibus ea libertate, qua castrenses nostri ibidem hactenus sunt gauisi. Nos quoque Theodericus decanus et conuentus, Rudolfus s. Petri, Gotfridus s. Marie, Henricus noui montis et Theodericus montis s. Johannis prepositi prope Fuldam sigilla nostra recognoscimus appendisse.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in die annunc. b. Marie virg.

(Die Siegel hängen, mit Ausnahme des ersten und zweiten, unbeschädigt an.) Orig.

Nr. 384.

1322 (1. Mai.) Nos Walpertus abbas, Conradus prior ac totus conuentus monasterii in Seligenstad recognoscimus,

nos locasse Cunrado dicto Burgere de Dydensheim, necnon Mechildi vxori sue legitime suisque heredibus dimidiam hubam sitam in campis ville Dydensheim iure inquilinatus possidendam pro iii. maldrorum siliginis pensione, in cujus dationem dicti coniuges ii. iugera agrorum sita an deme steinheymer wege et in locis uf dem wade et uf den deren wlgariter dictis pro subpignore obligarunt, expedire debentes eciam dimidietatem census antiqui predictam dimidiam hubam contingentem praeter pensionem nostram prelibatam, comparatam per dominum Cunradum custodem dicti monasterii nostri, quorum iii. maldrorum siliginis duo in reconpensam seu restauracionem duorum maldrorum siliginis ab ipso super tribus hubis sitis in campis ville Bruchusen emptorum ordinauit, tercium vero maldrum, necnon census, videlicet iv. solidos denariorum, quos emit apud honestum militem dictum Moyr et suam legitimam vxorem super areis ipsorum sitis in villa Luzilboche iuxta curiam immediate dicti custodis ibidem, necnon xx. den. et viii. den. quos emit apud Starkonem dictum budentil super vno prato sito in campis opidi Seligenstad nobis constituit.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, i. kal. maii.

(Die Siegel der Aussteller hängen beschädigt an.) Orig.

Nr. 385.

1322 (2. Oct.) Nos Conradus miles de Rudinsheim senior, Henricus de Gerhartstein, Johannes dictus camerarius de Wormacia et Gysilbertus dictus Fois de Rudinsheim, milites, notum facimus, quod cum inter Wylhelmum abbatem et conuentum monasterii eberbacensis ex vna parte et dominum Vlricum de Bikinbach nobilem virum ex altera actio seu controuersia fuisset exorta super bonis, juribus et jurisdictione in villa Bunesheim et eius terminis, per ipsos religiosos ultra quam per xl. annos seu per tempus quod prescriptum in jure vocatur et ultra quiete possessis, sicut

in literis instrumentalibus super hoc confectis plenius continetur, domino de Bickinbach asserente se habere ipsa bona ab abbate seu ab ecclesia foldensi nomine et titulo feodali, dictis autem religiosis in contrarium affirmantibus eadem bona esse sua propria et annis quos prediximus jure proprietatis possedisse, et cum diu fuisset hinc inde ipsa actio ventilata, tandem ambe partes, controuersie finem inponere cupientes, in presencia consulum ciuitatis oppinheimiensis pariter conuenerunt et eosdem tamquam arbitros vnanimiter elegerunt, qui consules veri et electi arbitri partium predictarum, inquisicione sicut debebant prehabita et scrutinio diligenti, ipsam litem taliter deciderunt, vt partes prefate adirent villam Bunesheim predictam et cuicunque parti ibidem per incolas uel scabinos seu hubarios sicut eos wlgus nominare consueuit, per diffinitiuam sententiam rite et rationabiliter adiudicarentur bona memorata, quod pars altera ab huiusmodi lite et inquietudine in perpetuum cessare deberet et in ipsis bonis nil juris haberet, atque pars cui adiudicata forent sine omni impeticione quiete et libere possideret. Venientes igitur partes prenominate ad villam Bunesheim, missis secum tribus viris de consulibus memoratis ad videndum, audiendum et renunciandum ceteris consulibus finem cause, supradicti religiosi, quia in vera et legittima possessione erant eorundem bonorum et quia ad ipsos hoc faciendum spectabat, elegerunt vnum ex nobis, videlicet Johannem dictum camerarium militem de Wormacia ex consensu domini de Bickinbach, quem pro sculteto et loco judicis posuerunt ibidem, conuocantes non solum hubarios prefate ville, verum etiam illos de villa Poppinheim, ad quos incole de Bunesheim ab antiquo recursum habere in negociis grauioribus consueuerunt, qui hubarii rei veritatem fideliter indagantes et eo levius, quo lucidius ipsis et ceteris claruit vniuersis ex vnius ore omnes predicti hubarii in judicio nobis et pluribus fidedignis qui aderant audientibus pronunciauerunt per sententiam diffiniti-

uam bona, jura et jurisdictionem in villa Bunesheim sepedictorum religiosorum et sui monasterii esse, fuisse et ipsos eadem bona possedisse quiete ab annis et temporibus, quorum memoria non existeret, cujus rei nos C., H., Jo. et Gy. supradicti milites testes sumus, scientes omnia et singula esse vera, prout superius est expressum.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII, in crast. b. Remigii ep.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten in rothem Wachse an.) Orig.

Nr. 386.

1322 (12. Dec.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Bertoldus presbiter de Wyssenburg vicarius in ecclesia s. Marie ad gradus magunt. ex vna et Prynsat armiger de Walla parte ex altera in presencia Emerchonis dicti Lapieda notarii nostri jurati, necnon sculletorum et scabinorum villarum Russilsheim et Seilword constituti, prefatus Bertoldus recognouit, se omnia bona sua et singula subnotata et in Russilsheim et Seilword villis sita, inprimis videlicet in terminis ville Russilsheym curia vna iuxta Reynoldum cum tribus domibus — apud locum dictum an der auwe iuxta dominum de Mynzenberg — amne lengerwege retro locum dictum dornen — an Ruenheymere mulenwege — apud seelstein — prope holtzwege — supra

*) Einen Auszug dieser Urkunde hat Bodmann, rheing. Alterth. II, 548.

1323 (15. Jan.) verzichten, in Folge des obigen Schiedsspruches, Ulrich, Gottfried und Conrad v. Bickenbach auf ihre Rechte und Gerechtigkeiten zu Bensheim. (Die Siegel hängen unversehrt an roth und grün seidnen Schnüren an.) Orig.

1323 (3. Febr.) bestätigt die Kirche zu Fulda den obengenannten Verzicht. (Die vortrefflich erhaltenen Siegel hängen an roth und grün seidner Schnur an.) Orig.

1324 (7. Mai) bescheinigt Ulrich v. Bickenbach den Empfang einer ihm von dem Kl. Eberbach in Gemäßheit des vorstehenden Vergleichs zugestellten Summe von 150 Pfd. Heller. (Das sehr gut erhaltene Siegel Ulrichs hängt an einem Pergamentstreifen an.) Orig.

Rodeberg — in via dicta pluewege — versus swartenberge — in der luken — in via dicta seilwordthere — in der lachengewande prope Henricum dictum heyden — am me alden stederweg — an der Meyngewandin iuxta Alkyndim — Item in villa Seilword primo in loco dicto lucken — retro vineam prope dictum Wysen — zu karpengraben — in me langense — in mesendal — in me nydren velde — uersus Rochinheim — supra tryburewege — an dem manewerger — iuxta bunsheymereweg — retro Eckehardishauwe — amne sewirweg — curiam in Seilword — in der smalinlachen — iuxta steynbrucken — item pratum dictum Breyden semenden in jurisdictione ville Seilvord — dicto Prynsat de Walla armigero suisque heredibus justo locationis titulo locasse pro xv. maldra siliginis.

Act. a. d. M.CCC.XXII, ii. idus decembris.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.) Orig.

Nr. 387.

1322 (13. Dec.) Nos Dilemannus abbas, Cunradus prior, totusque conuentus monasterii seligenstad. recognoscimus, quod Johanni, genero quondam Cunradi dicti Roysernan de villa Husen, et Alheidi eius legittime curiam nostram sitam in villa Husen ad xii. annos pro xiv. maldris siliginis et vi. maldris auene concessimus — etiam pratum nostrum, quod wlgariter broyl dicitur, debent cura vigili custodire, et rubos ac spinetas penitus extirpare debent etc. — Testes: Cunradus custos, Wernherus censuarius ecclesie nostre, Wencelo famulus noster dictus de Selbold, Heil. dictus Mye et q. pl. a.

Act. et dat. M.CCC.XXII, idus decembris.

Cop.-Buch des Kl. Seligenſtadt.

Nr. 388.

1323 (10. Mai.) Nos Thil. abbas, Cunradus prior et totus conuentus monasterii in Seligenstad recognoscimus,

quod cum dilectus confrater noster Cunradus thesaurarius ecclesie nostre vltra vite sue necessitatem de speciali nostra licentia quandam summam pecunie congregasset, ac cum eadem pecunia redditus cujusdam pensionis annue videlicet iv. maldra siliginis apud Methildin, relictam quondam Heilemanni dicti Wamesellir, et eius heredes super curia sua in villa Frochsehusen dicta wlgariter Wamesellir hof, item iii. maldra siliginis super huba in villa Dydensheim dicta wlgariter Einolfishube, necnon apud Elizabeth, filiam quondam Herbordi de Wellensheim, et apud Fridericum filium Ottonis ibidem maritum eius legitimum vi. sumerina siliginis supra valorem bonorum quorundam in predicta villa sitorum vltra ii. maldra siliginis, que quondam Hedewigis monetaria super dictis bonis sororibus ipsius thesaurarii nostri antea emerat, se extendentem comparasset, ipse diuinorum officiorum cultum cupiens augmentare, prouentus et redditus prescriptos in nostro consensu vnanimi ad officium custodie predicte ecclesie nostre assignauit.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, vi. id. maii.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

Nr. 389.

1323 (10. Juli.) Nos Adolfus dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie notum facimus, quod de bona nostra voluntate procedit, quod Dietherus comes de Chatzenellenbogen vir nobilis dominam Katharinam, consortem thori sui, cum castro Lihtenberg et aliis bonis suis ibidem, que a nobis tenet in feodum, et insuper cum parte comicie de Chatzenellenbogen eum contingente, quam similiter a nobis tytulo possidet feodali, dotare valeat, prout sibi valeat aut videbitur expedire.

Dat. in Heydelberg a. d. M.CCC.XXIII, prox. die sabb. a. diem b. Margarete virg. glor.

(Das Reitersiegel des Pfalzgrafen ist zur Hälfte abgefallen.) Orig.

Nr. 390.

1303 (5. Juni.) Ego Gerlacus armiger, quondam filius Mengoti dicti Guldene, recognosco, quod quendam mansum in Battinuelt situm, quem a me Volpertus dictus Enzce possedit iure feodali, eidem Volp. et suis heredibus dictum mansum cum omnibus attinentiis appoprio, in presentia testium videlicet Eckehardi de Helfinberg, Wernheri de Hirzcinhain, Hartmanni de Lobirbach militum, Ludewici de Munichusen, Klinkardi, Sifridi, Frilingi scabinorum in Frankenberg, Heinrici de Eringishusen, Conradi Stendere scabinorum in Honberg et pl. a.

Dat. in die b. Bonifacii mart. a. d. M.CCC.III.

(Das Siegel der Stadt Homberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 433.

1303 (23. Juli.) Ich Craft her Vden sun waiz bywilen eynis burgeres von Wetflar dun kunt, daz ich mit gehenc-nusse Hermanis der genant ist Litthenstein mines sunis han gegeben Ebirharde von Herlishem mime Eydene vnd Hedewige siner wirthen miner dochtere iv. malder kornes vnd eyn malder weysis zu Leitgesteren jarlicher Gulde. — Zeugen: Hartrad von Herlishem, Rulo Reye scheffenen von Wetflar u. a. m.

N. Godis geb. m.ccc.iii, an dem nesten dage nach s. Marien Magdalenen dage.

(Das Siegel der Stadt Wetzlar hängt wenig beschädigt an.)
Orig.

Nr. 434.

1303 (3. Aug.) Nouerint vniuersi, quod ego Happelo, filius Hartlibi de Amena, pistor, Elizabet vxor mea et heredes nostri, ciues in Grunenberg, tenemur dare ecclesie et conuentui sanctimonialium in Werberg de quodam macello panum, quod wlgariter dicitur Brotschirne, situm in opido Grunenberg inter alia macella v. solidos denariorum iure herditario possidendum.

Act et dat. a. d. M.CCC.III, iii. non. augusti.

(Das Siegel der Stadt Grünberg hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 435.

1303 (15. Aug.) Ego Widekindus presbiter dictus de Aldenbuchesecke recognosco, quod omnia bona mea sita in villa dicta Foxroyde delego donatione facta inter viuos sanctimonialibus in Schyffenburg, dono elemosine in anime mee remedium. — Testes: Hartmudus de Elkerhusen, Happlo de Drahe, Wernherus de Linden, Cuno dictus Halbir, Hermannus dictus de Buchesecke milites, Johannes dictus Ritthere, Wernherus dictus Maseworg armigeri, Gerlacus dictus Drafleis, Ludewicus pistor, Eckehardus, scabini in Gyzen et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, in die assumpt. b. Marie virg.

(Das Siegel der Stadt Gießen hängt ziemlich wohlerhalten an.) Orig.

Nr. 436.

1303 (20. Aug.) Ego Albertus junior de Rumerode, frater Ludewici, Heinrici et fratris Friderici ordinis s. Johannis jherosolom. de Rumerode omnibus cupio esse notum, quod renunciaui ville seu curie in Ybin, conferendo dictam curiam pro elemosina fratris Friderici mei predicti, domino Widekindo commendatori, fratri Johanni priori et ceteris

fratribus ordinis predicti domus in Grebinauwe. — Testes: Albertus miles senior de Rumerode, Theodericus dictus Kule, Cunradus dictus Panchuche et q. pl. a.

Dat. et act. in Alsuelt a. d. M.CCC.III, xiii. kal. septembris.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

Nr. 437.

1303 (11. Dez.) Nos coniuges Hartmannus et Helmburgis de Louberbach dicti recognoscimus, quod Erenfridus noster cognatus et afinis se recepit in ordinem s. Johannis pro salute anime sue ac bona sua eidem ordini delegauit, videlicet curiam in Elsfeldia sitam apud cimiterium, que domus lateralis nuncupatur et quod nobis commendator eiusdem ordinis in Grebenowe iure hereditario locauerit eandem curiam temporibus vite nostre annuatim pro ii. libris cere in signum restitutionis persoluendis. — Testes: Hartmodus castellan, Nicolaus suus sororius et Heinricus Hake et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, iv. fer. a. Lucie virg.

(Das Siegel der Stadt Homberg hängt sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 438.

1304 (19. März.) Nos Johannes et Metthildis, coniuges, opidani in Mynzenberg recognoscimus, quod nos vendidimus religiosis dominabus monasterii in Schyffenberg pro lxiv. marcis denariorum, quos confitemur recepisse ab domino Cunrado dicto monetario et Theoderico dicto de Buckenheim, ciuibus wetflariens., vnum integrum mansum situm iuxta Bercheim et medietatem vnius curtis cum iv. iugeribus terre arabilis, que bona omnia recognoscimus etiam olim eiusdem fuisse monasterii vere propria, promittentes quoque secundum consweludinem opidi nostri per annum et diem super huiusmodi venditionis contractu certam warandiam nos facturos, super quo Sifridum dictum Bumester,

Vigandum carnificem et Wernherum dictum Cleinecoif, nostros opidanos, fideiussores constituimus. — Presentibus: Happelone dicto de Steinheim, Siplone dicto Riche, Wigando ante portam, scabinis.

Dat a. d. M.CCC.IV, xiv. kal. aprilis.

(Das Siegel der Stadt Münzenberg hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 439.

1304 (7. April.) Nos Gotfridus Beyer miles scultetus et scabini de Frankenford recognoscimus, quod Henricus Rufus institor et Hedewigis uxor eius, nostri conciues, in nostra presencia constituti, vendiderunt commendatori et fratribus theutonice domus in Sassenhusen vnum mansum et septem jugera cum dimidio terre arabilis in terminis ville Hvleshoven sitos. — Testes: Hertwicus de alta domo, Cunradus de Spira, Sifridus de Gysenheim, Markolfus de Lyntheim, Rudegerus et Ludewicus de Holtzhusen, Johannes Goltstein, scabini et q. pl. a. ciues frankenfordenses.

Act. a. d. M.CCC.IV, fer. ii. prox. p. octav. pasche.

(Das Siegel der Stadt Frankfurt ist abgeschnitten.) Orig.

Nr. 440.

1304 (27. Mai.) Cum varii rerum euentus — ego igitur Bertha, relicta quondam Friderici dicti Schefere ciuis wetflar. testamentum meum disposui, et ordinaui de consensu Heynonis de Nuueren, quem in mundiburdum et tutorem omnium bonorum meorum elegi, et ordino in hunc modum, volens vt post mortem meam bona mea sita in villa de Letgesteren cedant Craftoni clerico, filio quondam Hartmudi Munzeres, soluentia iv. maldra siliginis et maldrum tritici, que percipiet sue vite temporibus, ipso autem mortuo dicta cedet pensio conuentui sanctimonialium in Schyffenburg eternaliter possidenda. — Testes: Hermannus Selege, Heyne-

mannus Gerberti, Conradus Crawe, Ernestus de Nuueren, Rulo Reye, scabini ciuitatis predicte.

Dat. a. d. M.CCC.IV fer. ii. prox. p. ascens. dom.*)

(Das Siegel der Stadt Wetzlar hängt an roth seidener Schnur beschädigt an.) Orig.

Nr. 441.

1305 (5. April.) Cupientes — igitur innotescat, quod ego Johannes dictus Bohemus et Jutta soror mea carnibus, super vniuersa hereditate nostra, mediante proborum virorum consilio, sumus taliter ab inuicem separati, videlicet, quod Jutta soror mea predicta bona et redditus infrascriptos pro sua parte funditus optinebit sine qualibet mea contradictione. Hec siquidem bona sunt videlicet in Schelminhusin bonum Friderici soluens v. octalia siliginis — item ibidem bonum dicti Zecke soluens vii. maldra vtruisque fructus. — In cujus rei testimonium ego Johannes confero presentem literam roboratam sigillo ciuium in Gruninberg, necnon dilecti nostri awnculi, videlicet Mengoti militis de Croninberg. — Testes: Heinricus de Sassin, Hermannus dictus Zolnere et Theodericus dictus Dunebir, scabini in Gruninberg et a. q. pl.

Dat a. d. M.CCC.V, in crast. b. Ambrosii episc.**)

(Die Siegel hängen sehr beschädigt an.) Orig.

---

*) Im folg. Jahr 1305 (den 20. Dec.) schenkt der oben genannte Crafto, da seine Verwandtin Bertha genannt Scheffere gestorben, die oben bezeichneten Güter dem Kl. Schiffenberg. (Das Siegel der Stadt Wetzlar hängt wohl erhalten an.) Orig.

**) Im Jahr 1311 (den 23. Jan.) verkaufen Johannes dictus Bohemus plebanus in Grazze et Juta soror mea, pueri quondam Johannis militis dicti Bohemus, alle ihre eignen Güter in villa Schelminhusin an das Kl. Arnsburg. Zeugen: Johannes Bohemus plebanus in Grazze, Mengotus de Croninberg miles, Heinricus de Sassin, Johannes filius Angeli, Hermannus de Pedirshayn scabini,

Nr. 442.

1305 (27. Oct.) Nos Philippus dominus de Mintzenberg senior cupimus notum esse, quod cum materia controuersie inter nos ex vna et commendatorem et fratres domus ordinis theutonice in Sassenhusen ex parte altera verteretur, videlicet super eo, quod iura nostra in tritico, quod dicitur wlgariter bedewezse, in bonis eorundem in villa Wllenstad inferiori sitis, hactenus sunt neglecta, mediantibus amicis nostris hincinde, huiusmodi ordinacio intercessit, ita, quod super omnibus iuribus racione predicti tritici nobis competentibus de predictis bonis, de consensu Wernheri nati nostri dilecti et aliorum heredum nostrorum, pure propter deum et in remedium anime nostre renunciamus, ea sane conditione mediante, quod supradicti commendator et fratres nulla bona in terminis prelibate ville Wllenstad inantea emere debebunt. — Testes: Philippus decanus ecclesie frankenuord., Henricus de Hatzzichenstein, Volradus et Henricus quondam sculteti in Frankenford, Fridericus Dugele senior, Cunradus et Bertholdus dicti de Morle milites et q. pl. a.

Act. a. d. M.CCC.V, in vig. b. Symonis et Jude apost.

(Die Siegel des Ausstellers u. des Deutschordenshauses zu Sachsenhausen hängen unversehrt an grünseidenen Schnüren an.) Orig.

Cunradus de Pedirshein, Cunradus dictus Zecke, Eckehardus officialis in Schelminhusin et a. q. pl. (Siegel wie oben.) Orig.

Im folgenden Jahre 1312 (den 6. Decbr.) verzichtet Johannis dictus Bohemus armiger auf alle Ansprache bezüglich des vorstehenden durch seinen Bruder Johann und seine Schwester Jutta gemachten Verkaufs. Zeugen: Gerwicus plebanus in Amene, Mengotus miles de Croninberg, Heynricus de Sassin, Cunradus de Pederschen, Heyno de Cornice, Heynricus de Lundorf. (Das Siegel der Stadt Grünberg hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 443.

1305 (1. Dec.) Ego Johannes de Quecbornen et Alheydis mea contectalis notum esse cupimus, quod nos vendidimus magistre ac Jutte dicte de Borgardesuelde, totique conuentui monasterii in Wereberg quedam bona sita in villa Wederuelde, videlicet curiam edificatam cum prata, et ut magistre ac domine Jutte et conuentui predictis debitam warandiam faciamus, viros discretos infra scriptos nostros constituimus fideiussores, videlicet Henricum dictum Halsbergh et Henricum opilionem de Quecbornen. — Testes: Nicolaus plebanus de Wedervelde, Gerewinus viceplebanus in Gronebergh, Guntrammus armiger dictus Meysenbuc, Johannes de Mastric.

Dat. et act. a. d. M.CCC.V, kal. decembris.

(Gesiegelt hat Meyngotus miles de Cronebergh, die Umschrift ist abgebrochen.) Orig.

Nr. 444.

1306 (13. Jan.) Nouerint, quod ego Conradus dictus Glomp opidanus in Giezen pro salute anime mee, necnon vxoris mee Irmengardis, dedi vnum modium olei siue metretam papaueris sanctimonialibus cenobii in Schiffenburg, super ortum meum situm iuxta uiam lapideam ibidem. — Testes: Lodewicus pistor, Eckehardus et Gerlacus Dragefleis scabini, Hermannus de Buchesecken et Synandus frater eius, milites.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in octava Epiphanie.

(Das Siegel der Stadt Gießen ist abgerissen.) Orig.

Nr. 445.

1306 (7. Febr.) Nouerint vniuersi, quod ego Jutta, filia quondam Johannis dicti Beheym militis, vendidi preposito, magistre, totique conuentui sanctimonialium in Werberg quedam bona sita in villa Merloue, soluencia singulis annis

viii. solidos denariorum, vnam metretam papaueris, duas aucas, duos pullos et vnum pullum carnipriuialem, que bona Henricus dictus Hone et Walterus nomine iam possident colonorum. Vt autem huiusmodi noster contractus possit inviolabilis permanere, presentem litteram confero sigillis ciuium in Grunenberg ac strenui viri Mengoti dicti de Cronenberg, mei auunculi, militis, roboratam. — Testes: Gerhardus dictus Store officiatus in Grunenberg, Nycolaus plebanus in Wederuelde, Henricus de Sassin, Theodericus dictus Dunnebir, scabini in Grunenberg, Crafto filius quondam Hugonis de Queppurne et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VI, fer. ii. p. purif. b. virg. prox.

(Das Siegel der Stadt Friedberg fehlt, das des Ritters Meingot hängt unversehrt an. Dasselbe führt die Umschrift: S.' MENGOTI. AVREI. DE. CRONENBERG.) Orig.

Nr. 446.

1306 (ca. 13. Apr.) Ich Henrich von Paffenang en burgrebe zu Brideberg vnd de burgman gemenliche bekennen, daz wir enen zins vnd ene gulde han gesazt zu der kapellen in der burg zu Brideberg, eine kappellane zu helfe, der von vnsir wen en kappellan ist, vf daz he vnsirme herren s. Georien vnd s. Anthoniese da baz gedeinen moge, vnd lit der zins vnd de gulde vf den houesteidin vzwendig der muren zu Brideberg vor dem spitale an den berge, da man ei vnd eisteine hat gebrochen zu der Burg, vnd ist alsо gereidit, wer der houesteide ene hat, zwa, dri, vere ader weiuel, daz se der sal haben zu rechteme erbe, alse daz he ader sin erbin nummer virdreibin insullen werdin vnd sullent de houestede han von vnsirme kappellane vnd nit von vns, vnd sal ei de houestat drizig fuze lang, breit sin, vnd hindersich lang gen dem hohenberge, da vor sal ei de houestat windin enen schrit vor dem berge vnd insal furwert neiman varen ader grabin gen der burg, daz der burg sceidelich si. Furbaz me ist auch

gereidit, daz wir Gulemanne portenere vnsirme knechte lihen de zwa houesteide, de he da begriffen hat, zu rechteme erbe, also, daz he ader sin erbin alleine sullent gebin xxx. Colse pennenge vnd i. punt Oleiis an daz geluchte u. s. w. — Zeugen: der ersame rittere her Cunrat von Elen, Her Cunrat von Morle, her Rudulf von Dudilshem, her Wigant Herden, her Gylebracht Weise, her Wilhelm Weise, her Erwin Lewe, her Gylebracht sin bruder, her Cunrad von Albach, her Wigant sin bruder, her Henrich Weise, her Eberhart sin bruder, her Gerlach von Elen, her Wenzele von Elen, her Franke von Morle, Wintere von Vilmar hern Endrees sun, Cune von Wisjzenshem, Hanzele von Elen v. a. m.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.vi, in den Osterheilegen dein.

(Die Siegel der Aussteller und ihres Kaplans Sifrid sind abgeschnitten.) Orig.

Nr. 447.

1306 (19. Mai.) Nos Gernandus prepositus monasterii in Elwenstad recognoscimus, quod frater Conradus commendator ceterique fratres domus theutonice in Sassinhusen concesserunt Conrado dicto Milde et Agnete eius legittime duas domus, curiam et horreum iuxta cimiterium in inferiori Wllinstad sitas iure colonatorio possidendas pro ii. talentis denariorum, tum iv. pullis annuatim fratribus predictis persoluendis, tali pacto, quod pueris de Belderhem, qui in dictis possessionibus iurisdictionem exercent de facto, singulis annis in carnispriuio duos pullos porrigant et omnia iura dictos pueros contingentia de prescriptis possessionibus exsoluant temporibus opportunis.

Dat. a. d. M.CCC.VI, xiv. kal. junii.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 448.

1306 (4. Juli.) Ego Lodewicus dictus de Lundorp et Sysa mea contectalis, ciues in Groneberg, notum esse cu-

pimus, quod nos vendidimus magistre totique conuentui sanctimonialium monasterii Wereberg quedam bona sita in Ricolueskerken, que Rodolfus dictus Cotzelrey iam possidet, pro xxx. marcis denariorum, et ut conuentui predicto debitam warandiam faciamus, Hermanum Zolnere, Conradum Monetarium et Lodewicum dictum Hoycgordel nostros constituimus fideiussores. — Testes: Jacobus plebanus in Ricolueskerken, Conradus dictus de Martdorp armier, Theodericus dictus Dunnebeyr, Hermannus Zolnere, Conradus Monetarius, Lodewicus dictus Hoycgordel, Euerhardus dictus Spizebart et Sifridus dictus Speys et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in die b. Vdelrici.*)

(Das Siegel der Stadt Grünberg hängt sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 449.

1308 (30. Mai.) Nos P. s. mogunt. sedis archiepiscopus piis strenuorum virorum militum et castrensium in Fredeberg supplicationibus fauorabiliter inclinati separationem capelle, que est in castro Fredeberg, factam, ut audiuimus de consensu plebani matricis ecclesie ibidem ac dominorum bone memorie quondam regum romanorum eiusdem ecclesie patronorum consensu, quatenus prouida est et iusta, usque ad futurum regem romanorum, cuius assensum spectare volumus in hac parte, absque preiudicio parrochialis ecclesie, presentibus approbamus.

Dat. Moguntie a. d. M.CCC.VIII, iii. kal. junii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wohlerhalten an.) Orig.

Nr. 450.

1308 (7. Nov.) Nos Conradus dictus Sintgreue et Conradus dictus Kunigh notum esse cupimus, quod vendi-

*) 1306 (24. Oct.) verleiht das Kloster Werberg die obgen. Güter an Winther von Horbach u. seine Gattin Mechtilde. (Das Siegel ist abgefallen.) Orig.

dimus conuentui in Werebergh quedam bona sita in inferiori Amena, et ut conuentui predicto debitam et consuetam warandiam faciamus de bonis memoratis, Conradum dictum Heynburge et Conradum carnificem nostros constituimus fideiussores. — Testes: Fredericus de Lindenstroth, Hartmodus molendinarius, Johannes opilio, Conradus apud murum et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, vii. id. nouembris.

(Das Siegel des Ritters Eberhard von Merlau hängt ziemlich wohlerhalten an.) Orig.

Nr. 451.

1308 (7. Nov.) Nouerint vniuersi, quod nos Reynboldus, Ropertus et Johannes fratres de Merlowe et nostri coheredes bona nostra sita in villa contulimus fratri nostro Euerhardo militi ac sue conthorali, pro quibus bonis dedit nobis fratribus prenotatis sextam partem decime in Merlowe pro xiv. solidis leuiorum denariorum, xxv. solidos in Wesselessassen, in Horebach dimidiam marcam et in Bernesuelde xviii. denarios. Hinc est, quod nos Euerhardus miles predictus cum consensu mee conthoralis bona predicta nobis collata sita in Frowenrode conferimus conuentui in Werebergh titulo uere proprietatis perpetue possidenda.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, vii. id. nouembris.

(Das Siegel des vorg. Eberhards hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 452.

1308 (4. Dec.) Nos frater Bruno, ceterique fratres domus theutonice in Moguntia recognoscimus, quod accedente voluntate fratris Eberh. de Sulzberg, preceptoris fratrum nostri ordinis per Alemanniam, vendidimus commendatori et fratribus ordinis nostri in Sassenhusen terciam partem bonorum nostrorum sitorum in campis ville Morle, que nos contingebat ex condiuisione hereditaria ex parte fratris Johannis, filii

Baldundi quondam Walpodonis in Moguntia apud nos recepti, pro xiii. marcis denariorum.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, in die s. Barbare virg.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.) Orig.

Nr. 453.

1308 (18. Dec.) Nos Ludewicus de Cleberg dictus de Isenburg recognoscimus, quod vendicionem decime in Husen, quam Hartmudus, Henricus armiger, Henricus dictus de Engengazzen de Elkirhusen milites et eorum cohoredes in feodum jure homagii racione castri de Cleberg a nobis hactenus possedebant, factam preposito et conuentui canonicorum regularium in Schyffinburg, approbamus.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, xv. kal. januarii. *)

(Das Siegel des Ausstellers hängt nur noch zur Hälfte an.) Orig.

Nr. 454.

1309 (12. Juli.) Ich Cunrat von Morle rittere vnde Mechthilt min eliche wirtin bekennen, daz wir gegebin han vm vnsir sele hel dem ordene vnde dem konvente zu deme Trhone v. maldir korngeldis vnd weizs zu Nideren Morle vf deme gude daz Blanghart hat vnd en punt geldis daz Grubiz der daube gebit von eme gartin von miner dochter wen Pazen daz ir got gnade, vnde zu deme nuwenhen de wingartin, der ist ens verdelis minner danne zwene morgin, de vns zu rechteme Dadel werdin, da min sweher von Riffinberg gesterp, daz eme got gnade, vnd han dit gedan mit willen des ersamen ritters hern Wigant Herdenis vnsirs eydemis, Franken sines sunes, Wernheres von Elen vnsirs eydemis

*) Obige Urkunde beglaubigen i. J. 1315 (2. Juni) Reynhardus plebanus in Minzinberg u. Conradus plebanus in Gruningen.

vnd Gelin vnsir dochter. Darfur hat vns Franke hern Wigandis sun gesprochen, daz he sine gesustere dar zu haldin wlle, wanne se zu eren dan kummen, daz se auch vir zihin, glichirwis alse he gedan hat.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.ix, an s. Margeretin dag.

(Die Siegel des Ausstellers u. Wernhers vorg. fehlen.) Orig.

Nr. 455.

1309 (19. Aug.) Notum sit, quod ego Wygandus dictus de Grydele ciuis in Friedeberg et Lybmudis vxor mea recognoscimus, nos vendidisse discreto viro Angelo dicto de Sassen ii. marcas denariorum annue pensionis super manso nostro proprio sito in terminis ville Gridele. — Testes: honorabiles viri Henricus Berno senior, Henricus de Dorheim, Henricus de tempore scabini et Gobelo de Rospach.

Dat. a. d. M.CCC.IX, xiv. kal. sept.

Cop.-Buch des Victorstifts in Mainz.

Nr. 456.

1309. Ich C. von Berstat und K. min eliche wirtdin dun kunt, daz wir alsolich gut als wir hatdin ze Alkarbin, daz benant ist fur x. ahtdeil kornis, und zu niedrin Morle vi. ahtdeil uf einre mulin, gegebin han zu Lisin unsir dohtir zu emre rehtin almuse zu Schiffinberg zu besizzene eweclihe.

Dat. a. d. M.CCC.IX.

(Das Siegel der Stadt Münzenberg hängt wohl erhalten an.) Orig.

Nr. 457.

1311 (4. Febr.) Nos Johannes comes de Cygenhein et Luckardis collateralis nostra vniuersis cupimus notum, quod attendentes illibate fidei constantiam ciuium nostrorum in Nydehe, ipsos in omni jure et honore permanere volumus, quod et quem usque ad nos a nostris progenitoribus deduxerunt, dantes eisdem potestatem plenariam, vt vniuersos

et singulos ad ipsos refugientes recipiant in conciues, exceptis nostris hominibus, quos ante tempus conscriptionis presencium non receperunt, vlterius non debent aliquo modo recipere, nisi fuerit de nostra voluntate, recedendi eciam a nobis quandocunque voluerint, et asportandi bona sua absque omni inpedimento nostro habebunt liberam facultatem, dummodo suos recessus notorie manifestent, debitis eorum nichilominus ibidem contractis amicabiliter expeditis vel integraliter persolutis. Indulgemus insuper dictis ciuibus, quod se et suos pueros cuiuscunque sexus uel etatis fuerint, locare poterunt in matrimonio quencunque uel vbicunque ipsis placuerit expedire. Protestamur insuper, quod nullum predictorum ciuium nostrorum quantumcunque sit tenuis in rerum substantia, causa odii detractionis vel mendacii capiemus ad extorquendum ab eo pecuniam specialem, sed si aliquem eorum delictum aliquod contigerit perpetrare vel excessus qualescumque, is iuxta qualitatem et quantitatem delicti punietur et hoc secundum sentenciam scabinorum, preterea, ut in omni parte qua possumus dictorum ciuium nostrorum captare beniuolenciam videamur, nullum eorum pro suis excessibus, qualescunque fuerint, incarcerabimus, si fideiussores dignos satisfaciendi nobis habuerit atque passo. Nolumus eciam, ut aliquis aduena uel extraneus dictos ciues quacunque de causa duello impetat, nisi prius intra menia eorum ciuitatis nomine ciuis per annum et amplius se recipiat moraturum. Insuper in causis debitorum requirendorum in judicio nulli testes sufficiunt, preterquam testimonium scabinorum, sed in causis aliis utpote excessibus, emptionibus et hiis similibus hii sufficiunt qui interfuerunt, duas eciam nobis carratas vini annis singulis, quas ipsis presentabimus, propinabunt, item dicti ciues xxx. marcas denariorum pro annua sua precaria nobis dabunt.

Dat. a. d. M.CCC.XI, fer. v. p. purif. b. virg.

(Die Siegel der Ausfteller hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 458.

1311 (27. März.) Nouerint vniuersi, quod ego Rudungus dictus de Hergern, ciuis in Frydeberg, et Elyzabet vxor mea recognoscimus, nos commendatori, totique conuentui domus theutonice in Marpurg duos mansos sitos in terminis ville dicte Melpach vendidisse pro cxx. marcis denariorum, obligantes prefatis dominis prudentes viros Henricum dictum Berne seniorem et Henricum dictum von der Zyt, conciues nostros, pro debita warandia ipsis facienda per annum et diem. — Testes: predicti duo fideiussores, Henricus de Dorheim, Gerlacus dictus Rychter et Gerwinus de Rospach, scabini in Frideberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, vi. kal. aprilis.

(Das Siegel der Stadt Friedberg ist sehr beschädigt.) Orig.

Nr. 459.

1311 (24. Mai.) Nos Eberhardus de Merlow, Mengotus de Croninberg milites, Johannes Angeli, Th. dictus Duniebir et Conradus de Pedirsheim, ciues in Gruninberg, recognoscimus, quod Fridericus de Berstad armiger, in nostra presencia constitutus, renunciauit omni iure, quod sibi conpetere dinoscebatur in bonis sanctimonialium cenobii in Werberg, que nunc possidet Conradus dictus Rubesame in villa Queppurnen.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in vig. Vrbani.

(Das Siegel der Stadt Grünberg hängt sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 460.

1311 (15. Juni.) Nos Guntramus pincerna de Swensberg senior et Gerdrudis conjuges recognoscimus, nos a sanctimonialibus cenobii in Werberg recepisse ii. marcas denariorum pro amicabili reconpensa, ita, quod omni inquietacioni ac iuri, quod nobis competere dinoscebatur in agro

illo sito infra molendinum superius et ipsam villam Queppurnen et particula prati ibidem situati renunciauimus. — Testes: Gerwicus plebanus in inferiori Amena et Eberhardus de Merlow miles et a q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, ipsa die s. Viti et Modesti.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

Nr. 461.

1311 (4. Oct.) Vniuersis innotescat, quod ego Ths. filius Jngebrandi et vxor mea, necnon nostri liberi bono sito versus tyliam in villa Hattenroide, in quo hucusque ex indultu sanctimonialium cenobii in Werberg possessionem recepimus et laboribus ratione culture uel alias quocunque modo in predicto bono factis renunciauimus pro x. marcis denariorum, preterea nos Ingebrandus supradictus et Hermannus sororius prefati Th. recognoscimus, quod eodem bono renunciauimus. — Testes: Henricus plebanus in Wenderoide, Mengotus de Cronenberg miles, Johannes Angeli, Ths. dictus Dunnebir, Gontramus de Lindenstrut scabini, Conradus dictus Smecke, Folzo dictus Hocgurtel et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI. sabb. prox. p. fest. Michaelis.

(Das Siegel der Stadt Grünberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 462.

1311 (20. Oct.) Nos Con. dictus Finke, necnon pueri mei Con. dictus Feselo et Gerdrudis de Homburg notum facimus, quod dedimus ratione permutationis bona nostra sita in Lindenstrut preposito Yrmingardi, magistro, totique conuentui sanctimonialium in Werbergc cum omnibus suis pertinentibus. — Testes: Johannes de Bliderode, Con. dictus Knodo et Heynricus Finko scabini ibidem.

Dat. a. d. M.CCC.XI. in vig. vndecim millium virg.

(Das Siegel der Stadt Homberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 463.

1312 (5. Jan.) Nos scabini, consules et vniuersi opidani in Frydeberg notum facimus, quod commendatori et fratribus domus theutonice apud Marpurg curiam sitam in Frideberg cum edificiis attinentibus ad eam, que quondam fuit Johannis dicti de Lympurg, donamus in omni jure, quibus alii religiosi suas curias apud nos sitas possident, possidendam, tali conditione, quod alia vniuersa et singula predictorum fratrum bona, que habebunt vel acquirent in terminis parochie nostre, exactiones, precarias et sturas soluere et contribuere teneantur, ceterum fratres predictos in conciues nostros recipimus. — Testes: Henricus Bern senior, Henricus filius suus, Henricus dictus Engel et Angelus frater ipsius, consules in Frideberg et q. pl. alii.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XII, non. januarii.*)

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.) Orig.

Nr. 464.

1312 (9. Feb.) Noscant vniuersi, quod ego Mechthilda, relicta quondam dicti Brunbene conuentui sanctimonialium in Werberg dedi pro remedio anime mee hortum meum, cui contiguus est hortus Gerlaci Kaldoben in Gruninberg in perpetuum possidendum. — Testes: Gerwicus plebanus in inferiori Amena, Heinricus de Sassen, Johannes Angeli, Petrus de Ameneburg, H... delator et Johannes dictus Swepperman et a. f. d.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in vig. Scolastice virg.

(Das Siegel der Stadt Grünberg hängt beschädigt an.) Orig.

---

*) 1312 (6—13. Jan.) überläßt das Kloster Altenburg die Hälfte des Hauses des Johannes von Limburg, welches ihm nach des Letzteren Tode heimgefallen, dem Deutschorden zu Marburg gegen einen jährlichen Zins von 2 Mark Heller. (Das Siegel des gen. Klosters in grünem Wachse hängt zerbrochen an.) Orig.

Nr. 465.

1312 (23. März.) Nos Luckardis, relictaquondam C. de Huftersheym militis, vna cum filiis nostris Volperto, Gerhardo, Cunrado, Jacobo, Wernhero, recognoscimus, quod pro quadam causa dissensionis facimus vnum mansum de propriis bonis nostris, quem actenus nomine proprietatis possedimus, juribus feodi subjacere pro iii. marcis denariorum redituum, resignantes eundem mansum predictis redditibus domino Engelberto comiti de Zigenhayn et suis heredibus in hunc modum, quod tres filii nostri predicti videlicet Gerhardus, Cunradus et Jacobus et vniuersi heredes eorum vtriusque sexus habebunt sepedictum mansum de sepefato domino comiti et suis heredibus tytulo feodali, ponentes eciam pretaxato domino comiti pro filia nostra Gela, que nunc est minor annis, fideiussores, videlicet C. de Rode militem et Markelonem de Kolnhusen armigerum. Hii autem sunt agri mansus videlicet — ober den beldersheymer weic — apud monachos — ober den ynheider weic — ander kurten anewanden — an der molenpade — ober die Roiden — an der vdelen pade — super campum Berstat — vor deme Ride — an der wiede versus Odefe. — Testes: Ludewicus de Husen, Cunradus de Buches, C. de Birkellar milites, Marklo de Kolnhusen, Johannes Scropo, Henricus Quideboim, Johannes de Kolenhusen armigeri et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XII, fer v. ante annunc. b. Marie virg.

(Das Siegel der Stadt Minzenberg hängt in grünem Wachse sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 466.

1312 (22. Juni.) Omnibus innotescat, quod Johannes dictus de Aschaffimburg et Hedewigis vxor sua commendatori et fratribus domus theutonice prope Marburg vendiderunt ix. octalia siliginis annue pensionis in bonis suis sitis

in terminis ville dicte Nydernrospach, que jam longo tempore quidam dictus der Blyndevot coluit.

Act. presentibus Henrico Berne, Johanne de Wonnekin, Rudungo de Hergern et Ditwino de Ostheym, scabinis in Frideberg, a. d. M.CCC.XII, x. kal. Juli.

(Das Siegel der Stadt Friedberg fehlt.) Orig.

Nr. 467.

1312 (13. Sept.) Ego Adulfus dictus Fasult de Leykestere et mea conthoralis Elyzabet, cum consensu filii sui Rudulfi de Burghartysfelde, notum facimus, quod magistra ac totus conuentus sanctimonialium in Schyffinberg duo prata sita in Burchartisfelde, quorum vnum wlgariter eychwise dicitur, aliud vero di zelwise pro vi. marcis denariorum apud nos emtionis titulo compararunt. — Testes: Gerhardus dictus Store, Hermannus de Buchysecke milites, Eckehardus et Renherus de Lynden, scabini in Gyzen et a. q. pl.

Act. et dat. in Gyzen, a. d. M.CCC.XII, in vig. exalt. s. crucis.

(Das Siegel der Burgmänner zu Gießen hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 468.

1312 (28. Sept.) Nouerint vniuersi, quod cum ego Johannes dictus de Limpurg, ciuis mogunt., bona mea immobilia, videlicet in opido wetphlar. — de domo Gerdrudis de Gosselnshusen — an der Goltsmytten — de domo inter macella — de domo sito apud Conrad dictum Waltsmyt — de molendino in Durenholtzhusen — in Grossenlinden curiam, quam inhabitat Heinricus dictus Gyssener, item curiam in Gambach, item in Frideberg curiam et domum contiguas domui Angeli de Frideberg, item in inferiori Erlebach vii. octalia siliginis annue pensionis de decima ibidem donauerimus commendatori et fratribus ordinis theutonice domus in Marpurg, necnon priori, magistre et con-

nentui monasterii in Aldenburg, et Hermannum dictum Mvnzer, oppidanum wetflarien., meum constituo procuratorem et nuncium specialem ad resignandum meo nomine bona suprascripta in iudicio seculari.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XII, iv. kal. octobris.

(Das Siegel der Mainzer Richter ist abgerissen.) Orig.

Nr. 469.

1312 (7. Nov.) Nouerint vniuersi, quod ego Rupertus de Carben, filius Ruperti militis quondam burggravii in Fridberg, et Gysela vxor mea, vendidimus commendatori et fratribus domus theutonice in Sassenhusen prope Frankenfurt nostram curiam, vnum iugerum et iv. mansos agrorum arabilium et pratorum, sitos in superiori Wollnstat, pro cc. marcis, pro xxvii. marcis et pro ii. solidis denariorum. — Testes: Gisilbertus de Orphanus, Wernerus de Cle, Emilricus de Carben milites, Helemannus monetarius scultetus in Frideberg et q. pl. a.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XII, vii. id. nouembris.

Alte Abschrift.

Nr. 470.

1312 (30. Dec.) Ego Henricus de Lundorf ciuis in Grunenberg vna cum Sconehilde vxore mea, et Alberto et Berta liberis meis, de bone memorie quadam vxore mea priore genitis, recognoscimus, quod bona nostra in villa dicta Ellartshusin, ab Henrico dicto Sylebechere iure colonario hucusque culta, necnon bona nostra in villa Aldyndorf prope Nordeckin, ab Henrico dicto Michilbechere iure colonario culta vendidimus abbati et conuentui monasterii de Arnsburg pro xxii. marcis denariorum, fideiussores eciam de warandia facienda Albertum de Vdinhusin cognatum nostrum et C. de Lundorf dictum Cunic. — Testes: Her. theolonarius, Hermannus de Petersheim scabini in Gruneberg, C.

de Petersheim ciuis ibidem, Albertus predictus et Mengotus, scabini in Lundorf et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in crast. b. Thome mart. et episc. infra oct. nativ. dom.

(Das Siegel der Stadt Grünberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 471.

1312. Ich Eckehart Vasolt von Leicgestrin und Lucgart min eliche wirtin dun kunt, daz wir zu koife han gegebin den frauwin zu Schiffinburg einin verdunc geldis alle iar zu rechtlichme eigene uz unsir wiesin die da heizit rietmorgin, die Eckebrandis was von Kleberc, an s. Martinis dage fur ir Klostir zu brengene. — Zeugen: Wigant vor me dor, Anshelm der iunge, Herman Gutwin, u. a. m.

Dat a. d. M.CCC.XII.

(Das Siegel der Stadt Minzenberg hängt sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 472.

1313 (21. Sept.) Nos Jo. prepositus in Elwenstad protestamur, quod frater Conradus de Flersheim commendator, ceterique fratres domus theutonice in Sassinhusin prope Frankenuorth bona sua sita in superiori Wllinstad, videlicet iv. mansos terre arabilis et vnam curiam, que quidem emerunt apud Rupertum armigerum dictum de Carben, concesserunt Wenceloni filio dicti Swarze de Bruchinbruckin jure colonatus possidenda. — Testes: Gerlacus dictus Ruzo, Wigandus filius Guntheri de superiori Wllinstadt, ... Swarze, Wencelo de Frankenuorth necnon q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, xi. kal. octobris in vig. Mathei apost. et ewang.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

Nr. 473.

1314 (13. Jan.) Nos scabini et consules in Frideberg notum esse cupimus, quod Fridebertus dictus von der Rusen noster coopidanus in nostra presencia constitutus deberi se

recognouit commendatori et fratribus domus teutonicorum in Sassenhusen i. marcam denariorum, iv. octalia siliginis, iii. octalia tritici, pro pensione annua de agris arabilibus, videlicet in campis ville Vurbach prope Frideberg ii. jugeribus apud siluam, item in campo eodem de agro dicto ein anewendere retro siluam, item in campo ville Gerburgeheim de agro sito iuxta ripam dictam strazheimerebach an der rodehelden habente ix. iugera deprope fontem, item in eodem campo, qua itur versus Brokenbruken, item in campo ville Strazheim sitis in deme sleidehe de iv. jugeribus, quos inquam agros ipse Fridebertus, fratres, sorores ac eius heredes pro censu predicto iure hereditario possidebunt.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, in oct. Epiphanie dom.

(Das Siegel der Stadt Gießen ist abgerissen.) Orig.

Nr. 474.

1314 (21. März.) Ich Johan von Leckestrin eyn wolgeborn knet dun kunt, daz ich han gegebin durch heyl minir sele deme Commendur vnde den bruderin des dutschin huses zo Schiffinburg alle min recht, daz ich hatte an der wese zo Garwartheych die an mich girbit ist.

Geb. v. godis geb. m.ccc.xiv, an s. Benedictis dage.

(Das Siegel des Ausstellers ist sehr beschädigt.) Orig.

Nr. 475.

1314 (17. April.) Nos burgrauius, scultetus, scabini et consules in Frideberg recognoscimus, quod honesta matrona Bingela, relicta quondam Gobelonis de Rosbach, cum liberis suis in nostra presencia constituta recognouit, se curiam suam adiacentem curie quondam Johannis de Lympurg*) pro certa summa pecunie vendidisse commendatori et frat-

---

*) Später die Behausung zum Birnbaum an der Stadtmauer.

ribus domus theutonice in Marpurg, cum omnibus edificiis et iuribus, que ad eandem curiam pertinebant.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XIV, xvii. kal. mai.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgerissen.) Orig.

Nr. 476.

1314 (18. Juni.) Ego Wigandus plebanus in Grunenberg recognosco, quod fratri Eynhardo preceptori, totique conuentui ordinis b. Anthonii domus in Grunenberg curiam meam extra muros Grunenberg sitam, quondam Henrici bone memorie aui mei dicti de Sassen, clx. jugera terre arabilis, omnia prata in villa Merlauwe me contigentia, necnon vniuersaliter omnia prata apud s. Petrum extra muros Grvnenberg situata, prato duntaxat excepto, quod cum Volperto de Sassen seniore habere dignoscor, cum omnibus suis appendiciis, do et trado ad habenda et possidenda, sub hac forma, quod predicti frater Eyn., preceptor et conuentus mihi temporibus vite mee xl. maldra siliginis, que in campis creuit grvenberg. annue pensionis persoluere tenebuntur. — Testes: Gerwicus plebanus inferioris Amene, Men. de Kronenberg, Wern. de Engelhusen milites, H. de Sassen, Guntramus de Lindenstrvth, H. Hildegardis, C. Yrmengardis, Dyt. de Ameneburg, C. Moncere, Wlpertus de Sassen, Her. de Petersham, Petrus Sturcekop et H. Berg scabini, Re. de Mancelar, Th. Magnus, consules Grvnenberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, fer. iii. prox. a. fest. Joh. bapt.

(Die Siegel des Ausstellers, der Stadt Grünberg u. des vorg. Mengot v. Grünberg hängen, mit Ausnahme des der Stadt Grünberg, gut erhalten an.) Orig.

Nr. 477.

1314 (5. Dec.) Nos scabini et consules in Frideberg attestamur, Petrum dictum de Eychin villanum et Sapienciam

ipsius vxorem coram nobis renunciasse bonis sitis in terminis ville dicte Oberwollenstat et omnibus actionibus, que sibi pretextu eorundem bonorum competere viderentur, ea sanctimonialibus in Throno resignando.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, non. decembris.

(Das Siegel der Ausstellerin hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 478.

1315 (5. Jan.) Nos Gotfridus et Heinricus fratres milites de Calsmunt, Jutta et Jutta vxores nostre legitime recognoscimus, quod cum super jure aduocatico et emphiteotico, quod nos in molendino et aliis bonis quibuscunque in Durfela juxta Buchesecke sitis opinabamur hactenus nos habere, abbatem et conuentvm monasterii de Arnsburg, eorundem molendini et bonorum veros proprietatis dominos et legitimos possessores, jam diutius, et ut modo scimus minus debite inpugnassemus, tandem ex perfecta et frequenti inuestigacione eiusdem negotii cognoscentes plenius veritatem, pro certo reperimus, nos vel nostros heredes nichil omnino juris aduocaticii, emphetiotici vel cuiuscunque alterius juris in molendino et bonis predictis habere, sed plenum jus et dominium predictorum molendini et bonorum memoratis religiosis conpetere, et hec nos omnibus hominibus et omnibus nostris heredibus propalamus, insuper cum ego Heinricus miles predictus super captiuitate quorundam famulorum meorum tempore guerre inter dominum Ottonem lantgrauium terre Hassie et dominos comites Nassauwia habite juxta grangiam de Gulle et dampni et interesse multipliciter inpugnarim, quia pro certo didici, et predicti religiosi hoc idem ydoneis testibus declarabant, familiam ipsorum in persecutione vel captiuitate predictorum nullatenus affuisse nec ad hanc cooperatam fuisse, idcirco predictos religiosos quo ad illationem injurie et dampnorum

predictorum esse pronuntio innocentes penitus, et si in aliquo predictos religiosos perturbauimus ab eisdem humiliter veniam postulantes, quia nobis jus nullum conpeciit in premissis, renunciamus de facto omnibus exceptionibus et actionibus hactenus predictis religiosis motis vel in posterum mouendis.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in vig. Epiphanie dom.

(Die Siegel der Aussteller u. Philipps des ält. von Falkenstein hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 479.

1315 (24. Febr.) Wir Philips von Valkensten der alde, herre zu Minzinberg, wir de Burgman Scheffenen vnd Rait gemenliche von Vrideberg dun kunt, daz wir mit en ander ene gutliche ordenunge vnd ene fruntliche satzunge gemachet han zusschen dem Grauen Engilbrachte von Ziginhen von ener sitin vnd den herren von s. Johanne zu Nidee von der andern. Vnd ist de satzunge also, daz wir Graue Engilbracht der vorg. izut virzihin vm allin den schadin der vns vnd vnsirn armin ludin geschehin ist zu Renhusin, zu Webersshem, zu Salzhusin vnd in vnsire gerichtin, wa iz geschehin si, biz an desin dag, vnd sullen wir Greue Engilbracht de herren, de burgman vnd de stat zu Vrideberg redelos, clagelos machin von allin sachin vm den brant, vnd vm den schadin, der zu der zit geschach. Herumme gebin wir vnsirn armin ludin zehin iar frihet vnd allin den de in vnsirn gerichtin wonente sint, de vns doch nit ane in horint vnd den der schade geschehin ist, iz si an noitbeide, ader an greuelichem dienste, iz si an meebede ader an herbistbede, an unsir rechtin gulde. Me bekennen wir, daz wir den selbin herren von s. Johanne irs rechtis zu Renhusin bekennen alle iar ses fuder hulzis, zwei fuder gertin vnde echte swin in daz egkerin. Wir bekennen den selbin herren, daz wir in izut gebin de Nuwen mulin zu Kodin vnd de aldin obene vnd nidene mit allin den gestin, mit alme dem rechte alse se von

aldere gehabit han, vnd bekennen in das zu Rechtem erbe vm iii. malder kornis, ii. punt pefferis vnd ene halbe marg penninge. Wir bekennen auch, daz wir izut virzihin des zehindin zuwe Sebuldis, wir bekennen auch wa da selbin herren von s. Johanne ir Eygin vir Lantsidelin, daz wir darvf kene beide in sullen setzin, aber de Lantsidelin sullen vns greuelich denist dun von waszere vnd von weide alse gewenlich ist. Hernach ist auch geredit, daz wir sullen nemen einen Ratman vnd de Herren enen, das sal en mitilman sin vnsir swager her Philips von Valkinsten der alde, allir der bruche vnd des vflaufins, daz furwert vnder vns geschehin mag rc. Vber alle dese sune so sullent wir greue Engilbracht den selbin herren gebin c. marg penninge. Dirre sache ist gezug der edle herre Her Philips von Valkinsten der alde, her Craft von Veldirshem der alde, her Johan von Veldirshem, her Conrad von dem Buches, her Erwin Lewe, her Gylebracht Wese der schultheze vnd de scheffenen gemenliche von Vrideberg. Vnd geben disin bref besegelit mit vnsirme Ingesegele vnd mit Ingesegele vrowen Helwige vnsir elichen wirtin, vnd mit Ingesegele greuen Johannis von Ziginhen vnd hern Philips von Valkinsten des alden vnd der Burgmanne vnd der stat zu Vrideberg.

Geb. n. Gots geb. m.ccc.xv, an dem Dinsdage vor mittefastin.

(Nur die drei ersten Siegel hängen, jedoch sehr zerstört, noch an.) Orig.

Nr. 480.

1315 (29. Febr.) Officialis domini prepositi ecclesie s. Marie ad gradus mogunt. plebano in Rodeheim salutem in domino. Albertus clericus nobis supplicauit, quod cum ipse ad parochialem ecclesiam in Hergenhain, in dicta prepositura constitutam, vacantem ex morte quondam Conradi sacerdotis rectoris eiusdem, nobis per dominum Engilbertum comitem de Cyginhain, patronum eiusdem, esset

presentatus, petens se de eadem inuestiri, nos vnicuique super iam dicta ecclesia jus suum volumus esse saluum, proclamacionem facere cupientes de eadem, vobis mandamus, quatinus dictam ecclesiam in Hergenhain personaliter accedentes citetis ibidem publice omnes et singulos in genere qui sua crediderint interesse, quos et nos citamus, vt feria quinta proxima post dominicam judica coram nobis compereant de suo interesse legitime nos docturi super ecclesia memorata.

Dat. a. d. M.CCC.XV, ii. kal. marcii.

(Die Siegel der Aussteller sind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Nr. 481.

1315 (5. Mai.) Nos sculletus, castrenses et scabini in Gyzen recognoscimus, quod in nostra presencia constituti Ysengardis, relicta quondam Wernheri dicti de Linden militis, Conradus miles dictus Milchelinc, Irmengardis sua legitima, Volradus miles de Vranckenuord, Hadewigis sua legitima, Luckardis legitima Frankonis filii Wernheri militis predicti et Echardus frater Frankonis predicti renunciauerunt omni juri, quod habebant vel habere poterant in vno manso in inferiori Morle sito ac ipsum mansum resignantes concorditer et dederunt Frankoni supradicto proprietatis titulo perpetuo possidendum, recognoscimus eciam, quod Francko prenominatus mansum memoratum vendidit commendatori et fratribus domus theutonice in Sassenhusen prope Vranckenuord pro lxvii. marcis denariorum.

Dat. a. d. M.CCC.XV, iii. non. maii. — Testes: Crafto de Rodenhusen, Mengotus et Reinhardus de Swaelbach et Echardus dictus Sluno milites, Reinherus et Gerlacus scabini et a. q. pl. *)

(Das Siegel der Stadt Gießen hängt unbeschädigt an.) Orig.

*) An demselben Tage verzichtet Volradus miles filius Volradi militis sculteti frankenuord, et Hedewigis mea legittima auf alle Gerech-

Nr. 482.

1315 (30. Juni.) Nos Erwinus armiger dictus de Aldenburg notum esse volumus, quod nostrum allodium dictum zummauniches vndy Webilsbach et alios agros, nemora et campos, sicut per nos et per Hartmannum dictum Schenkyl, Conradum de Ryntberge, Dytmarum de Aldenburg, Conradum dictum Scolere et per alios probos et fidedignos fideliter est perlustratum, vendidimus Frederico et Hermanno dictis de Rumerode fratribus ordinis s. Johannis domus in Grebenauwe, resignantes eisdem dictum allodium et warandiam facimus strenuis militibus, videlicet Eckehardo dicto de Lynden, Theodorico dicto Kule, castrensibus in Alsfeltdia et Nycolao dicto Schauwenwoz, Rudulfo dicto de Ameneburg scabinis, Wernhero dicto de Frankynberg, Conrado dicto Kempe et a. q. pl. ciuibus alsfeltdensibus. Et nos Fredericus et Hermannus protestamur, quod supradictum allodium per tempus vite nostre possidebimus, et si vnus de nobis decesserit, alter superstes per tempora sue vite possidebit, re uera cum ambo viam vniuerse carnis fuerimus ingressi, idem allodium ad manus nostri conuentus in Grebenauwe transibit.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XV, in crast. b. apost. Petri et Pauli ante messes.

(Die Siegel der Stadt Alsfeld und des Ausstellers sind abgefallen.) Orig.

Nr. 483.

1315. Nos frater Johannes prepositus cenobii in Elewenstad et Wernherus camerarius capituli in Frideberg constare volumus, quod constituti coram nobis frater Guntherus

---

tigkeiten, welche sie an dem obeng. Mansus haben. Zeugen: Volradus scultetus predictus, Gerlacus dictus Schelme milites et Heinricus dictus Smhit de Birgele. (Das Siegel des gen. Schultheißen Volrad hängt wohlerhalten an.) Orig.

plebanus et frater Heynricus prouisor curie in inferiori Wllenstadt fratrum ord. theuton. domus in Frankenuord suo ac dictorum commendatoris et fratrum nomine ex vna, necnon Bertoldus dictus Orto, Heilmannus, Conradus, Wolframus, Harmannus, Johannes fratres eius, Wenzelo de Bruchenbrucke, Fritzo dictus Swarze, Gerlacus dictus Milde, Conradus Feldenere, Petrus filius eius, Conradus Ecke, Heynricus dictus Lerbechere, Harpelo dictus Lichere, Heinricus dictus Ysopo, ... dictus Clewere, Heynricus pistor et Gerhardus Heymburge, villani dicte ville, suo et eiusdem ville vniuersitatis nomine ex parte altera, permutationem quandam, quam ob eorum hinc inde vtilitatem inter se fecerunt ac eciam effectui mancipauerunt, expressius emiserunt, ita videlicet, quod dicti fratres ratione illius terre dicte vniuersitati attinentis, quae contigua est eorum molendino ibidem, in qua nunc salices plantauerunt, quam eis assignauerunt, villani predicti suo et totius vniuersitatis nomine dederunt prefate vniuersitati vnum juger de eorum propriis bonis situm an der Speckin by der Buninbach et vnam peciam terre continuam terre supradicte permutate estimantes equalitatem vtrobique.*)

Dat. a. d. M.CCC.XV.

(Das Siegel der Aussteller hängt wohlerhalten an.) Orig.

Nr. 484.

1316 (25. Mai). Vniuersis innotescat, quod nos Henricus dictus Ponbergere in Langunse et Gerdrudis coniuges

---

*) 1315 (20. Mai) willigt Philipp von Falkenstein der ältere in den Tausch über etliches Gelände, an dem Deutschordenshofe zu Wöllstadt gelegen, gegen einen Morgen, gelegen „in loco dicto anzegenstein.“ (Das Siegel Philipps hängt unbeschädigt an.) Orig.

1317 (6.—13. Jan.) willigt Philipp von Falkenstein der ältere in den vorstehenden Tausch. (Das Siegel desselben hängt unversehrt an.) Orig.

prepositum et conuentum ecclesie in Schiffinburg racione Hartradi filii nostri, eiusdem ecclesie canonici, hereditatis nostre facimus coheredes, necnon ipsos tamquam vnumquemque nostrorum puerorum et heredum veros eiusdem hereditatis constituimus perceptores.

Dat. in die Vrbani pape et mart. a. d. M.CCC.XVI.

(Die Siegel des Decans der Kirche zu Wetzlar und des Erzpriesters daselbst hängen beschädigt an.) Orig.

Nr. 485.

1316 (11. Juni.) Nouerint vniuersi, quod cum inter prepositum, magistram et conuentum sanctimonialium monasterii in Werberg ex vna et inter Conradum sacerdotem, Conradum dictum Rendelere institorem, fratres, filios quondam Yde dicte Melmennen, ciuis in Grunenberg et dictum Beyer, sororium eorum, ex parte altera, super quibusdam bonis, videlicet curtibus, aquis et pratis sitis in Queppurne, que volgariter daz Erbe appellantur, lis et discordia fuerit in judicio suscitata, et ad parcendum laboribus et expensis a partibus predictis hincinde in strenuum militem Wernherum de Engelnhusen tamqnam in arbitrum compromissum, predictus Wernherus miles diffiniuit, quod prefati Conradus, Conradus et Rudegerus dictus Beyer, sororius eorum, omni iuri, quod illis in bonis prefatis conpetebat, renunciare deberent. — Testes: Nicolaus plebanus in Wederuelde, Gerwicus plebanus in Amene, Angelus de Sassen canonicus aschaffenburgensis, Gerlacus et Heylmannus fratres aduocati in Laupach, Gerlacus filius Gerlaci predicti et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in die b. Barnabe apost.

(Die Siegel der Stadt Grünberg u. des vorg. Ritters Wernher von Engelhausen, letzteres einen getheilten Schild, oben die obere Hälfte eines Löwen, unten zwei paralell laufende Bäche mit der Umschrift: S. WERNHERI. DE. QUEPPVRNEN. vorstellend, hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 486.

1317 (2. Juni.) Nos Cuno dictus Halbir miles castrensis in Gyezcen et Hedewigis uxor mea protestamur, quod contulimus donacionis tytulo commendatori et fratribus domus theotonice apud Marburch vniuersa bona nostra sita in Hene prope Husen pro dimidia marca denariorum. — Testes: Theodericus dictus Schuzcesper, Johannes de Kincenbach milites, Burkardus dictus Kalp, Gyso de Berstad armigeri, castrenses in Gyzcen, item Eckardus et Gerlacus Lodewici, scabini ibidem et a. f. d.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in die corp. Christi.

(Die Siegel des Ausstellers u. der Stadt Gießen hängen unversehrt an.) Orig.

Nr. 487.

1317 (25. Nov.) Nos frater Johannes dictus abbas, totusque conuentus monasterii in Arnisburg notum facimus, quod ad empcionem dimidii mansi siti in terminis ville Hulishouen per commendatorem et fratres domus theutonice in Sassenhusen factam erga Elyzabeth et liberos eiusdem de Hulishouin, nostrum consensum adhibemus.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in die b. Katherine virg.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

Nr. 488.

1317 (25. Nov.) Nos frater Hezzekynus de Berstat commendator in Crutheym, necnon preceptor medie baline generalis vniuersis cupimus fore notum, fratrem Guntramum commendatorem domus nostre in Franckynwort, ceterosque fratres ibidem commutationem fecisse cum Elyzabet dicte de Nytde de domo sua propria et domo nostra noua, quam nunc inhabitat, quam quidem domum possidere debet quamdiu vixerit.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in die b. Katherine virg et mart.

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an.) Orig.

Nr. 489.

1318 (27. Febr.) Notum sit vniuersis, quod nos Mengotus de Hyrzenhayn armiger et Jotta mea contectalis preposito, magistre, totique conuentui sanctimonialium in Werberg dedimus bona nostra sita in Reynhartshayn, que quondam Bertoldus dictus Buman et Gozzo a nobis iure colonario coluerunt, cum omnibus eorum pertinenciis nomine concambii pro bonis predicti conuentui in Welterthusen sitis, titulo proprietatis perpetuo possidenda.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, fer. ii. prox. p. domin. q. cant. exurge.

(Das Siegel der Stadt Homberg hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 490.

1318 (4. April.) Nos scultetus, scabini et consules de Frideberg recognoscimus, quod Gerwinus de Cronenberg et Hitzeka coniuges, Albertus sculteti et Cunegundis coniuges, Heil. dictus Riche et Conradus dictus Rode et Guda coniuges, qui Conradus pro Wernhero sororio suo, ad faciendum cum ad partes Wederebie peruenerit, de bonis infrascriptis renunciacionem legitimam fideiussit, item Lysa, Alheidis, Mige, Rodolfus de Wizele et Elizabeth coniuges in nostra constituti presentia manifeste confessi fuerunt, quod ipsi commendatori et toti collegio fratrum domus theutonicorum in Marpurg ementibus xl. jugera cum vno et dimidio iugere in campis ville Melpach iacentia, necnon vnam aream, que soluit annuatim vnum sumerium papaueris et que fuerat quondam Conradi sculteti premortui, pro ciii. marcis vendidissent. — Testes: Johannes Angeli de Gronenberg, Angelus junior, Wenzelo dictus Riche, Heil. Markele et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, prox. fer iii. p. domin. letare.
(Das Siegel der Stadt Friedberg ist zur Hälfte abgefallen.)
Orig.

Nr. 491.

1318 (10. April.) Nos scultetus, scabini et consules de Frideberg protestamur, quod Johannes, filius quondam Ditwini de Ostheim, noster coopidanus, in nostra constitutus presencia recognouit, quod commendatori et fratribus et militibus Christi domus theutonicorum in Marpurg vnum mansum proprium terre arabilis in terminis ville Strasheim situm vendidisse, et quia pueri sui propter etatis sue defectum adhuc bonis prefatis juribus renitentibus non poterant renunciare, ideoque prefatus Joh. Wenzelonem dictum Riche, Bernonem, Lynungum dictum vonme Scilde et Gerckinum dictum Munzere suos substituit fideiussores. — Testes: Heil. de Loubenberg, Henr. scultetus de Rospach, Heil. dictus Riche et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, prox. fer. ii. p. domin. jud.
(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

Nr. 492.

1318 (15. Juni.) Balduynus s. treuirensis ecclesie archiepiscopus magistre et conuentui sanctimonialium monasterii de Cella prope Sciffinburg salutem in domino. Precibus uestre deuocionis inducti, vt duo altaria in vestra ecclesia, in qua hactenus diuina celebrabantur officia, constituta demoliri et in noua fabrica vestra locare, ipsamque nouam ecclesiam et altaria predicta ac eciam cimiterium dicte ecclesie vestre contiguum consecrare possit, in quo eciam cimiterio mortuos vestros sepelire possitis, auctoritatem concedimus et licentiam specialem.

Dat. Confluentie die xv. mensis junii, a. d. M.CCC.XVIII.
(Das Siegel des Ausstellers hängt nur noch zur Hälfte an.) Orig.

Nr. 493.

1318 (2. Nov.) Ego Ludewicus miles dictus de Rumerode cupio fore notum, quod bona mea sita in Vdenhusen, que comparaui apud strenuos armigeros Ludewicum et Philippum fratres dictos Waltfogel vendidi predilecto meo germano fratri Frederico de Grebenauwe ordinis s. Johannis. — Testes: strenui militares Hermannus dictus de Rumerode, Henricus dictus Mulich, Ludewicus dictus de Jringinshusen, Ludewicus dictus de Walen et famulus dictus Trabodo et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, in crast. omn. sanctorum.

(Das dreieckige Siegel des Ausstellers mit den zwei Thürmen und der Umschrift: S. LVDEWICI. DE. RVMERADE. hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 494.

1318 (24. Nov.) Nos Philippus dominus in Mincemberg senior ac Mechtildis nostra conthoralis profitemur, ad nos neque ad nostros heredes jus patronatus capelle in Maszfelden jure aliquo pertinere, sed ipso jure renunciantes, promittentes nullum jus patronatus de jure vel de facto in dicta capella nobis inantea vendicare.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, viii. kal. decembris.

(Die Siegel der Aussteller hängen wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 495.

1319 (1. Nov.) Vniuersis cupimus fore notum, quod nos prepositus, magistra, totusque conuentus sanctimonialium in Werberg vendidimus cum consensu priorisse ac consorori nostre Gerdrudi dicte de Karbin dimidiam marcam denariorum in bonis in Stamheym, possessam ab ipsa Gerdrudi predicta, nostris consororibus Hedewigi et Gude sororibus, filiabus Eckehardi dicti Zlune militis in Gysin,

ab ipsis quoad vixerint possidendam, ipsis vero mortuis predicta dimidia marca nobis in remedium animarum suarum reuertatur. — Testes: frater Cunradus de Lundorf cellerarius, frater Henricus de Richolskirchin, frater Hedolfus de Antreffe, frater Wenzelo de Minzinberg et Winterus magister et prouisor curie in Morinbach et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in die omnium animarum.

(Das Siegel der Aussteller hängt wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 496.

1319 (30. Dec.) Ich Albe zu eym male Gernandis suster vfem anger zu Melpach dun kunt, daz ich minen hob der da gelegen ist zu Melpach han virkauft den Erbere herren von me Duschenhus zu Marpurch, mit willen miner ganerben. Da bi waren die Erbern lude her Rudolf der wirt, Dyetwin an der strasen, Emmerche ander strazen vnd Rudolf des wirtes sun, die Sceffinnen von Melpach, Rehter werscheffe iar vnd dach, so han ich zu burgen gesast hern Rudolfen den wirt vnd Dietwinen an der strasen die vorg., furwerter me so setzen ich den vorg. herren zwene morgen landes die da ligent an dem Sodeler wege zu eym vnder phande also lange bis mines bruder kint virzihent des vorg. hobes.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xix, an dem nesten sundage n. Cristes geb.

(Das Siegel des Pfarrers zu Melbach ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Nr. 497.

1320 (24. Mai.) Noverint vniuersi, quod nos Petrus s. mogunt. sedis archiepiscopus bona ac prouentus cum suis pertinenciis ac iuribus, que et quos in talibus villis, scilicet Essebach superiori, Essebach inferiori, Sulburg et Husin circa Selgenstath de bursa nostra noscimur com-

parasse, pro remedio et salute anime nostre, fratri Johanni ordinis carthusiensis pro sustentacione fratrum sui ordinis, ponendorum in nouellam plantacionem, instauratam a nobis sub castello, quod Nowenhus wlgariter appellatur, retro castrum Scharphynsteyn, conferimus.

Dat. Moguncie a. d. M.CCC.XX, ix. kal. junii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 498.

1320 (24. Juli.) Nos Heynricus dictus de Kinzinbach et Gertrudis coniuges cupimus fore notum, quod dedimus et vendidimus strenuo militi Hermanno de Buchesecke x. solidos denariorum annui redditus in villa Buren, videlicet ex bonis dictis suzhartisgut, que soluunt annuatim viii. solidos denariorum, et ex quodam orto soluenti ii. solidos denariorum. Insuper ego Herrmannus miles predictus recognosco huiusmodi pensionem Margarete et Elizabeth, filiabus meis, sanctimonialibus in Hacheburnen donasse temporibus vite sue, vna dictarum filiarum mearum defuncta, altera dictam pensionem quamdiu vixerit obtinebit, ambabus vero defunctis, tunc dictum monasterium in Hacheburnen possidebit perpetue, volens quod dies anniuersales mei, Margarete vxoris mee pie memorie et omnium parentum meorum peragantur. — Testes: Reynhardus de Swalbach, Franko de Lindin milites, Ekardus de Buchesecke junior armiger, castrenses in Gyzen, Erwinus filius quondam Lodewici Pistoris scabinus ibidem, Ortwinus de Buren et a. q. pl.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XX, in vig. b. Jacobi apost.

(Das Siegel der Stadt Gießen hängt wohl erhalten an.) Orig.

Nr. 499.

1320 (1. Sept.) Nouerint vniuersi, quod nos Fridericus prepositus, Elizabet abbatissa, totusque conuentus in Blankenowe bona nostra in villa Vtenhvsen annuatim xvi.

solidos denariorum soluentia, vnam scapulam pro xx. denariis, avcam vnam cum tribus pullis, dimidium maldrum caseorum, necnon duos dies qui snittage wlgariter nuncupantur, que quondam bone memorie nobilis vir dominus Eberwinus de Aldenburc nobis contulerat in remedium anime sue, vendidimus domino Friderico de Rvmerode ordinis s. Johannis bapt. et cenobio Grevenowe pro x. talentis denariorum.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in die Egidii conf.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

Nr. 500.

1322 (23. Mai.) Wir Rulman der scultheize vnde di scheffen zu Frankenuord dvn kunt, daz Rulman von Aslor vnd Gela sin eliche wirten vnser Burgere, verzigen hont dem Commendure vnd deme Conuente des deutschen Ordens zu Schiffenberg an der halbe hube die do gelegen ist in der termenie der Parre zu Palguns, alsi beyde vur vns gesayt hon die hube vmbe li. march kolscher penninge iii. haller.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxii, an deme sunnendage vur pincsten.

(Das Siegel der Stadt Frankfurt ist abgeschnitten.) Orig.

Nr. 501.

1322 (24. Juni). Kunt si allin ludin, daz ich Gylbracht Wese rittere mich bekennen vm mine lehin, da min Bruder her Ebirhart der Paffe vnd Jutte mine geswihe wesin in jrre hant han, Surbin de nach mime dode, so sullent de Lehin vf Elzebede min Eliche wirtin gefallin vnd vf Hedewige mine dochtere alsolange alse gelebint. In soldin se der Lehin nit forderin, so mogent se Henrich, Ebirhart mine neuen vnd ir Erbin forderen vnd in Lehin behaldin. Dirre sache ist gezug der Ersame rittere her Wernhere von Elen

burgreue zu Frideberg, her Wintere von Vilmere, her Johann von Elen, her Herman von Kalsmunt v. a. m.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxii, an s. Johannis dage alse dem korne de Worzele brichit.

(Das dreieckige Siegel des Ausstellers, einen aufrecht stehenden Löwen darstellend, ist an der Umschrift sehr verletzt.) Orig.

Nr. 502.

1322 (11. July.) Kunt si allin, daz ich Wernhere von Echzile rittere, Friderich vnd Ebirhart mins Bruder sune, vns bekennen vm de vii. schillinge geldis de wir hattin zu Ocstat vf dem Nideren Houe von vnsir vrowen vnd dem klostere zu Aldinmunstere, daz wir in de selbin vii. schillinge geldis wider vir kauft han vnd vf gegebin ledig vnd lere.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxii, an dem sundage vor s. Margeratin dage.

(Die Siegel der Ritter Wernher von Echzell und Wernher von Eleen, Burggrafen zu Friedberg, sind abgefallen.) Orig.

Nr. 503.

1323 (7. Febr.) Gotfridus de Eppinstein, custos maioris et prepositus s. Petri ecclesiarum mogunt. nobili viro Gotfrido domino in Eppinstein suo fratueli dilecto salutem et debite fidei vinculum et amoris ecclesiam parrochialem in Rockinberg, per nos hucusque possessam et ad tuam collacionem spectantem, omni et pleno iure resignamus.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, vii. id. februarii. *)

(Das Secretsiegel des Ausstellers hängt wohlerhalten an.) Orig.

*) 1323 (22. Juni.) Officiali prepositure ecclesie s. Marie ad gradus mogunt. Gotfridus dominus in Eppinstein honoris et amicicie quantum potest. Ad ecclesiam parochialem in Rockinberg vacantem ex libera resignacione Gotfridi de Eppinstein, quondam jam dicte ecclesie rectoris, cuius ius patronatus ad nos spectat, Gotfridum clericum de Eppinstein, nostrum consanguineum, vobis presentamus. (Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 504.

1323 (24. Febr.) Nos Conradus scultetus, scabini et consules in Geylenhusen recognoscimus, quod constituti in nostra presencia Sifridus de Breydenbach noster conscabinus et Sophia sua coniux, necnon Jungo, Hartmudus, Cusa, Osterlindis et Sophia eorum liberi, exposuerunt nobis quandam permutationem bonorum seu agrorum infrascriptorum factam inter ipsos ex vna et commendatorem et fratres domus theutonice in Sassenhusen prope Frankenuord ex parte altera in hunc modum, videlicet quod iidem commendator et fratres tradiderunt ex parte sua dictis conjugibus ac eorum heredibus vnum mansum cum dimidio et v. quartalia terre arabilis cum suo onere, in terminis ville Rosbach sitos, ipsi vero coniuges et sui heredes pro parte correspondente eisdem commendatori et fratribus assignauerunt xxvii. jugera agrorum arabilium et pratorum proprietaria in terminis eiusdem ville sita, tendentia super pascuam ville Wullenstad, necnon xxxviii. libras hallensium pro suppletione xix. jugerum ac vnius quartalis.

Act. a. d. M.CCC.XXIII, fer. v prox. p. domin. reminiscere.

(Das Siegel der Stadt Gelnhausen hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

Nr. 505.

1323 (3. Mai.) Ich Erwin genant Leo vnd Johan von Velewile min eyden Rittere vnd Getzela eliche wirten des selben Johannis dvn kunt, daz ich Johan vnd Gezela die vorgenanten han gedan eynen weschel vber alsolich gut alse her nach bescriben ist, mit bruder Crafto dem Commendure vnd den brudern des Tuschen huses zu Sassenhusen bi Frankenuord, mit alsuslichen vorworten, daz wir Jo. vnd Ge. die

vorgenanten deme Commendure vnd den bruderen han of gegeben eyn hube landes daz man geeren mag, die da gelegen ist in dem velde zu Klopheym von ien zu besitzen eweclìche mit eugentlicheme rethe, vnd vorbaz daz wir von den vorg. Commendure vnd bruderen enphangen han zu wider weschele xl. morgen landes, di da gelegen sint vf den velden zo Mitelfarben zu besitzen zu Erbelicheme rethe. Auch globen wir rethe werschaft zu dune an der vorg. huben jar vnd dag, her vor sprechen in rechter burgen wis Ich Erwin Leo der vorg. Conrad von Moschenheym vnd Wernher von Velewile Rittere.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxiii, an deme dage des h. Cruces alse ez vunden wart.

(Die Siegel der Aussteller hängen beschädigt an.) Orig.

Nr. 506.

1323 (21. Mai.) Cantor ecclesie frankenuordensis judex auctoritate sedis apostolice deputatus. Cum religiosi viri commendator et fratres domus theutonice in Sassenhusin in causam traxerint in judicio coram nobis Synandum dictum Rozzerc et Heynricum dictum Meyn milites, Godfridum armigerum eius fratrem, ... relictam quondam Gerboden. militis de Wunecke et Johannem eius filium, armigerum, heredes quondam domini Heynrici dicti Meyn, decani dicte ecclesie frankenuordensis, super redditibus infrascriptis de bonis seu agris in terminis ville Rendele sitis — de estuario in dicta villa Sassenhusin sito, nomine legati per dictum dominum Heynricum decanum ipsis fratribus deputati — dictis partibus coram nobis per se et per suos sufficientes procuratores constitutis ac in nos tanquam in arbitrum compromittentibus, nos mediante domino preposito noui montis in Fulda litem huiusmodi penitus decidendo ipsas partes concordauimus, quod prefati rei dictos commendatorem et fratres

in perceptione vniuersorum reddituum prescriptorum nullatenus impedire presument.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXIII, xii. kal. junii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an.) Orig.

Nr. 507.

1323 (4. Juli). Nos Ditmarus de Ameneburg, Paca eius vxor, Humbertus Waltheri, Gerburgis, Waltherus filius ipsorum clericus, Conradus Loszer dictus et Stephania conthorales, ciues in Grunenberg, pro nobis nostrisque heredibus profitemur, quod vendidimus preposito, magistre, totique conuentui in Werberg domum nostram in opido Grunenberg sitam iuxta domum Wigandi de Langisdorf, in qua Cysa Waltsmedin quondam morabatur, pro quadam summa pecunie. — Testes: Conradus Monetarius, Henricus de Cornice, Fredebertus de Sassin et Conradus de Pedirshen, scabini in Grunenberg.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, in die b. Vldilrici.

(Das Siegel der Stadt Grünberg ist abgefallen.) Orig.

Nr. 508.

1324 (19. Aug.) Ego Petrissa, relicta quondam Ingebrandi armigeri de Hattenrade, vniuersis cupio fore notum, quod prepositus, magistra et conuentus monasterii in Werberg michi duo bona sita in villa Hattenrade predicta iure colonario possidenda locauerunt. — Testes: Hermannus de Pedirshen, Henricus de Cornice, Conradus Irmengardis, Conradus de Pedirshen scabini, Lodewicus de Cornice et Folzo doliator, ciues in Grunenberg.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, sabb. prox. p. assumt. b. virg.

(Das Siegel der Stadt Grünberg hängt sehr beschädigt an.)
Orig.

Nr. 509.

1325 (17. März.) Nos Rudolfus et Hedewigis coniuges dicti Brunayer, Conradus dictus Raspe ac sui heredes, residentes in Rorbach, recognoscimus, quod ad colendum et laborandum bona abbatis et conuentus in Heynes, que ab ipsis pro pensione annua tenuimus, hucusque in dicta villa Rorbach omnia necessaria et singula vtensilia, que ad ritum et vsum agriculture requiruntur, nobis procurare et prouidere ante diem b. Martini proxime affuturo debemus, nos obligamus, et si antedictum terminum aut quouis alio anno subsequente in premissis minuti negligentes visi fuerimus, ex tunc dicta bona ad predictum conuentum reuertuntur, et dictis abbati et conuentui presentem literam sculteti, scabinorum et consulum in Ortenberg, Syboldi militis et Ebirhardi armigeri de Rorbach sigillorum appensionibus petiuimus communiri. — Testes: frater Syboldus rector curie dominorum de Arnsburg et frater Henricus rector curie dominorum de Heynes in Geylnhusen, Bertoldus de Marckebele officiatus domini de Hanowe filius eiusdem, Wenzelo dictus Lachman et a. q. pl.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXV, xvi. kal. aprilis.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

Nr. 510.

1325 (3. Juni.) Nos Gerlacus de Loupach opidanus in Homburg et Fya eiusdem Gerlaci vxor recognoscimus, quod bona quedam in campis ville inferioris Vfleyden sita erga priorem, magistram et conuentum sanctimonialium monasterii in Hacheburnen per nos comparata ...... comparauimus ad vite nostre tempora possidenda.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, fer. ii. prox. p. penthecostes.

(Das Siegel der Stadt Homberg hängt wenig beschädigt an.)
Orig.

Nr. 511.

1325 (5. Nov.) Nouerint, quod ego Bertoldus, filius quondam Bertoldi de Croppach, opidanus in Gyezin et inquilinus conuentus sanctimonialium in Wereberg, ratione boni sui siti in dicta villa Croppach, quod iure inquilinatus possideo, mansionem meam traxi a prefato bono ad ciuitatem Gyezin ex consensu prelibati conuentus.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, nonas nouembris.

(Das Siegel der Stadt Gießen mit dem Löwen und der Umschrift: S. CASTRENSIVM. ET. OPID... GIESZVN. hängt wenig beschädigt an.) Orig.

Nr. 512.

1326 (9. Febr.) Ich Friderich uon Buchesecke den man nennit bi den steinin vnd Jutta min eliche wirtin bekennin, daz wir semmintliche in pangin han umme den conuent der heiligin samenunge zu Schiffinburg solich gut, daz sie zu Aldinbuchesecke und in der geginde liginde han, daz hie uor was hern Widekindis eins pristris und no ist des fur genantin conuentis und darumme gebin sulin alle iar ferdehalb maldir hartdis kornis uf ir kornis zu Schiffinburg und vii. schillinge peninge. — Zeugen: her Ebirhart Korniegil, her Dieberich Shuzzesper rittere, Gerlach Erwin sin brudir scheffenin zum Giezin u. a. m.

Geb. n. God. Geb. m.ccc.xxvi, an deme sundage den man nennit der groze sundac.

(Die Siegel der Stadt Gießen und des Ritters Bernhard von Gunse hängen sehr beschädigt an.) Orig.

Nr. 513.

1326 (25. Mai.) Ad vniuersorum noticiam perducatur, quod ego Dymarus dictus Pingeszere de Gunse volens quod prepositus, magistra, conuentus sanctimonialium mon-

asterii in Schiffinburg parte hereditatis ratione Katharine filie mee recepte in monialem eiusdem monasterii non fraudentur, consensu Syfridi filii mei, Gerdrudis filie mee, necnon Heinrici dicti Kizingere mariti eiusdem, generi mei, pro perpetuis iii. maldrorum siliginis redditibus dedi predictis sanctimonialibus dimidium mansum terre arabilis ad me proprietatis tytulo deuolutum a felicis memorie Syfrido quondam zintgrauio in Gunse, meo socero, cum omnibus attinenciis, excepta quarta parte curie, quam ipse Syfridus cum vixit in villa Kirchgunse inhabitabat, et vno agro terre arabilis qui wlgariter der gere dicitur. — Testes: Markelo de Nuuern, Eberhardus dictus Manke scabini, Conradus Forcheymere, Conradus Smyth de Langunse et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXVI, in die Vrbani pape et mart.

(Das Siegel der Stadt Wetzlar ist abgerissen.) Orig.

Nr. 514.

1326 (23. Aug.) Wir Heinrich, Bertha min eliche frauwe vnd Lodewich von Dudenrodde bekennen, daz wir von dem strengen Rittir Fridrich von dem Hirtberge vnd sinen Erbin eyn hube zo Dudinrodde da Wolnerams sun Heykle vffe ist, in velde, in Holtze, an wassere, an weyde vnde was sy han rettis an dem Heygerodbirberge, zv erbe Burchlehene vnde suln daz vorg. Burchlehen zv Rumerodde vir dinen vmme hern Friederich vom Hirtzberge vnde sine erbin. — Zeugen: der Cummendure von Grebinauwe her Herman, Heinrich Vischburnen, Wintir von Aldinburg, Drabote von Marahe v. a. m.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXVI, in vig. Bartholomei apost.

(Gesiegelt hat Wernher von Liderbach; das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 515.

1326. Wir Richolf sengere zu Wetflar, Gerlach von Lundorf, Luplen rittere vnd Hartmut von Clettenberg ratlude gekoren von dem Commdure vnd conuente zu Marburg vnd von Lucarde der meisteren vnd conuente der cellen vnder Siffenberg vmme zweiunge die zischen en waz vmme welde, zenden, zinse, hobstede, wege vnd akkere, das se zu vns gegangin sin, sprechen eindregdeclige, daz die zwei smedebuzhe vnd rodehoch gemein sin der zueier closter, daz eighoch bi Swalheim ist der herren zu Siffenburg alleine. Durfen aber die vrauhen eines gruntbaumis adir eins melbaumis al da zu Swalheim zu ere molen dar vmme sollent se beden vnd den sal man in nit versegen, vnd holz zu einer brukken alda, der vrauwen molnere esele sollen auch of der herren gemein weide gen vnd nigt anders fehes des molners, zu Altpach wald vnd rodt sint gemein, Gyr bohil als der pat get daz nederteil wald vnd velt, daz ist der herren, daz ober teil der vrawen walt vnd velt. Durch den akker der da heizet spidalf acker sollen die herren einen fuzpat han vnd nicht anders. Der zehenden halb zu Husen ist der vrauwen an crot, daz ander teil der herren vnd das verdeseil an den erbe ist der herren bevor. Der cende zu Connrsrode ist gemein vnd die gulde von zweien mesten oleis ist gemein, der acker bi Hedewige molin sal den herren cenden, die vrauwen bewisen dan war umme nicht he cenden sulle, vm den kirperg vnd vmme die welde zu Milbach spregche wir nicht biz daf die vier man gesprechen die dar ober gekorn sint, vmme die hobstat zu Husen vnd um den verdunk peninge zume Rode, vnd ym feir schillink peninge zu Grozin Bucheseckе an Bertolde Cegenhorn gefristen wir an die cit, wan man sprichet vm die vorg. welde. Zu eime

gezukniſe dirre vorg. rede han wir gen. Sengere vnd Gerlach vnſe ingeſegele her an gehenged.

Geb n. G. geb. m.ccc.xxvi.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

Nr. 516.

1327 (6. Jan.) Ich Wigant von Altbach ein Ritter, Gyſela min eliche wirte vnd min Erben bekennen, daz wir ein gantzen morgen vnſis Ackirs, der da lyt bi dem Dudehe gein den garten zu Fredeberg gegebin han hern Thylmanne abbyte vnd deme conuente des gatſhus zu Selgenſtat, widir eyme halben morgen an der bunde zu Nuheim bi dem kirchobe, die da iſt der Abbytye zu Selgenſtat, vf denſelben halben morgen wir gebundet vnd geſazit han ein ſchafhus, daz das vorg. gatſhus vns gefreyet hat von alme zhenden, der yn zu yrme theile da von ſoylde werden, vnd dye vorg. fryet ſollen wer vnde vnſe Erbin beyde ſone vnd dochtere zu lehene han von dem conuente des vorg. Gatſhus zu Selgenſtat. — Zeugen: her Craft Groppe von Veldirſheim, Volcnant vogit zu Nuheim, Gilbracht von me ſchelde, Petir ſcholemeiſter zu Selgenſtat u. a. m.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxvii, vf den zwelften dag.

(Die Siegel der Ausſteller hängen in grünem Wachſe beſchädigt an.) Orig.

Nr. 517.

1327 (26. März.) Vniuersis pateat, quod nos frater Conradus, filius olim Eygelonis Diuitis, ordinis fratrum heremitarum prior fratrum heremitarum et augustin. domus in Alzeia ingressum et post vtens ratione et sanus corpore existens non coactus nec inductus per fratres dicti ordinis in domo in Frideberg, vbi primitus fueram receptus, corpus et res mobiles seu immobiles, quas tunc habui et acquirerem in futurum et specialiter iii. mansus terre arabilis, sitos in terminis ville Carben, conuentui dicte domus in Frideberg ob remedium animarum

parentum meorum et anime mee donauimus et legauimus. — Testes: Heil., Hartmannus fratres dicti Vonderzit, Joh. de Gronenberg et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, prox. fer. v. p. domin. letare jerusalem.

(Die Siegel des Ausstellers, der Stadt Friedberg, sowie der Augustiner daselbst sind abgefallen.) Orig.

Nr. 518.

1327 (8. Mai.) Kunt si allin luden, das ich Thiele von Veldirsheim ein Ritter vnd ich Cristine sin eliche wirtin firkauft han dem Dechene vnd dem Capittel des stiftis zv Lyeche x. achtil korngeldis vf die halbin hvbe zv Gridele, die Cvne Sac von vns hatte, mit wyesin vnd mit holtzmarke die dar zv horen alle iar zv werene zv Mincenberg. Hie bi ist gewesit her Anselm dir pharrer zv Gryedele, her Ebirhart von dir frumesse zv Gridele, Cvno Sac, Gotfried von Veldirsheim, ... dictus Knappe, Wigandus Broschilt, Cunradus dictus Swartze, Wigant vf dir stelzin, Gyso Gernandis syn, Wiglo Kleine, Andirwerbe so han ich Tiele der vorg. Ritter vnd ich Cristine sin eliche wirtin, firkauft iv. achtil korngeldis alle iar zv werene deme vorg. Dechene vnd kapittel zv Lyeche vf ahte morgin landis daz zv Gambach gelegin ist — an dem Alstedir wege gein Ebirstat — vf dem velde geime holz adir geime dale imme sytere — an dem bucinheimer pade — vfme dale. — Zeugen: Heinrich Gotsholde ein pharrer zv Gambach, Gotfried von Veldirsheim, Winther von Rychinbach, Gyplo Eichelere, Syfried Heuhere, Eule Harpechere v. a. m. Dirre brief ist gegebin vnder mime Ingesiegele vnd Heinriches des vorg. pharreris von Gambach.

Geb. von. Gots geb. m.ccc.xxvii, an dem fritage nach s. Walpurge tage.

(Die Siegel hängen in rothem Wachse, das erstere sehr beschädigt, an.) Orig.

Nr. 519.

1327 (25. Mai.) Ich Folce ein pristir uon Aldinbucheseсke, Sippela, Heinrich Behtolt, Happela, Gela, Mezza, Alheit vnd Hilla mit andirn unsin erbin bekennen uns solichir zweiunge, die sint gewesin zuschin den frauwin uon Schiffinburg uon einre sitin und zuschin unsin uadir, unsir mudir und uns uffe die andrin sitin, daz wir der sin geriht dit in alle wis, also, daz wir den fur genantdin frauwen alle iar sullin gebin uon irme gude, daz man alsus nennit den hob zu aldin Bucheseсke, der da heizit bi den bach, ein wiese die man nennit die cwerch wiese, einin halbin morgin bi der wiesin, einin morgin an der weide, zuene morgin an dem wiesimmar wege, dri morgin an den wingartin vnd einin halbin morgin an dem udinbache, daz unser ein, an dem sie gnuclich sin, daz gut in pahin sal, und erin paht ii. maldir kornis, ein maldir haberin zu Schiffinburg zu rehtdir cit antwortdin sall, und zua gense und zuei hunre oich zu irre cit, und geben wir diesin briep besiegilt mit ingesiegele hern Senandis uon Bucheseсke des richtderis, hern Ebirhartdis Korniegelis die bi unsir dedinge sint gewesit, dit sint die gezuge her Senent, her Ebirhart rittere, Zieginhorn, Heinrich Hanincrat, Dietmar Lowere, Eckehart bi me cruce.

Geb. n. Godis geb. m.ccc.xxvii, an s. Vrbanis dage.

(Nur das Siegel Senands v. Buseck hängt noch, sehr gut erhalten, an.)

Orig.

Nr. 520.

1327 (9. Juni.) Nos Johannes de Kynzenbach miles et Lysa coniuges recognoscimus, quod cum strenuus miles dominus Rycholfus de Kynzenbach ac Elizabet vxor ipsius felicis memorie, parentes mei Johannis antedicti, capellam in villa Kynzenbach in honorem omnipotentis dei, eiusdemque gloriose genitricis virginis Marie, beatique antistitis Ni-

colai atque omnium sanctorum construxerint et eandem suis stipendiis, agris et bonis in villa predicta sitis dotauerint, nos Johannes et Lysa predicti adicimus doti predicte capelle xl. marcas denariorum, quibus redditus annui ipsi capelle comparari volumus, ut sacerdos ibidem pro tempore celebrans ipsarum predictarum et omnium fidelium animarum memoriam suis deuotis orationibus assidue faciens valeat eo commodius sustentari, idem sacerdos nichilomnino unquam uerbo uel opere attemptare debet, quod sit aut fieri possit in prejudicium matricis ecclesie videlicet in Huchilheym, ad quam spectant de iure homines in dicta villa Kynzenbach. Preterea vt predicte parrochiali ecclesie in nullo derogari videatur, damus nos predicti coniuges redditus vi. solid. et i. pullum auctumphalem de bonis in villa Rade prope Drahe sitis, que bona Eckekardus dictus Kesselere et dictus Dolere colunt, quos redditus Gerlacus armiger dictus Monich, vxor eius, ipsorumque veri heredes nobis dinoscuntur vendidisse —. Premissa vniuersa et singula facta et ordinata existunt adhibito consensu domini Henrici lantgrauii terre Hassie necnon domine Elizabet conthoralis eiusdem, verorum patronorum dicte ecclesie in Huchilheym.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, fer. iii. p. octav. penthecostes.

(Die Siegel des Landgrafen, des Ausstellers und der Stadt Gießen fehlen.) Orig.

Nr. 521.

1328 (17. Febr.) Nos Heinricus dei gracia lantgrauius terre Hassie profitemur, quod considerantes fidelitatem plurimorum obsequiorum, quam strenuus miles Johannes dictus Rithesil, castrensis noster fidelis, domino patri nostro felicis recordationis quamplurimum exhibuit ac nobis exhibere poterit in futurum, eidem Johanni et suis heredibus vnam

curiam sitam in villa Sywarterode, que inquam villa sita est in jurisdictione Babinhusen, cum vniuersis suis pertinenciis, necnon colonum eiusdem curie, qui pro tempore fuerit, ab omni exactione perpetuis temporibus ex speciali gratia libertauimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXVIII, fer. v. a. domin. invocauit.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.) Orig.

Nr. 522.

1328 (31. März.) Ich Heynrich vnd Cunrad gebroder genant die Raspin von Rorbach dun kunt, daz vnsir herre her Hertwich ein abpid vnd der conuent des clostirs zu Henes vns hant geluhen irn hof zu Rorbach, der da ligit bi der Nunnen hof von Kunradstorf, mit lantsidelme rethe zu besitzene. — Zeugen: Eberhard, Widerolt edilknete von Rorbach, Luzo Scilt, Heylman, Cunrad von Aldinstad, Sybud ein herre von Arnspurg, Godebuld von Geylnhusen vnd Wenzolo Lochman.

Geb. n. godis geb. m.ccc.xxviii, an deme grunen Duntage.

(Das Siegel der Stadt Ortenberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 523.

1328 (9. July.) Wir Probist, meistrin und der conuent zu Schiffinburg uiriehin uns, daz wir ummir ewecliche sulin begen iargecide hern Johannis des rittris uon Kincinbach in der wochin nach der h. driueldekeit dage und sal man deme conuent dienin in den rebindir mit einir halbin marc lichtdir peninge, uf den selbin dac sule wir singin vigilia mit nun Leccin, un wanne Lisa sin eliche wirtdin gestirbit, so sul wir en beidin gelich dun uf ir iargecide.

Geb. n. Godis geb. m.ccc.xxviii, an dem drittin dage uor s. Margaretin dage.

(Das Siegel der Aussteller ist ganz zerbrochen.) Orig.

Nr. 524.

1328 (12. Dec.) Nos Lutherus dominus de Isenburg notum esse volumus, quod de consensu nostrorum heredum accedente donauimus preposito, magistre et conuentui sanctimonialium monasterii in Cella prope Schyfenburg tres mansos nemorum sitos prope dictum monasterium, curtim eiusdem dictam bruhop attingentes, cum omnibus juribus suis, pro nostrarum et nostrorum progenitorum animarum remedio et salute.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXVIII, ii. id. decembris.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

Nr. 525.

1328 (16. Dec.) Notum sit, quod cum inter nos Fridericum sacerdotem, capellanum altaris s. Marie Magdalene in ecclesia parochiali fridebergens., Heilmannum dictum de Laubenbergen, Nicholaum fratres dictos Hunen et Heinricum dictum Fridag, opidanos fridebergenses, ex vna et abbatissam et conuentum sanctimonialium in Throno s. Marie parte ex altera, super bonis in Dorheim, Sodele, Melpach villis, necnon curia in opido Friedeberg sitis, olim per pie memorie Hermannum dictum Hune, opidanum friedebergensem et Irmingardim coniugem suam prenotato monasterio collatis, orta fuisset materia questionis, et super meritis cause fuisset in iure multipliciter disputatum, tandem pro bono pacis in certos arbitros, videlicet Gerlacum abbatem et magistrum Hartmodum de Linden grangiarium monasterii in Arnespurg, Erwinum Leonem et Groziohannem, scabinum fridebergensem, compromittentes, pronunciacioni arbitrali ipsorum nos parere et obedire debentes, ut statuerunt, renunciamus omnibus et singulis bonis et curia antedictis de consensu Susanne, Nicolai antedicti et Hade-

wigis, Henrici Fridag prefati, vxorum nostrarum, pro nobis et heredibus nostris ac litis habite complicibus vniuersis.

Dat. a. d. M.CCC.XXVIII, xvii. kal. januarii.

(Das Siegel der Stadt Friedberg hängt unbeschädigt an.) Orig.

Nr. 526.

1329 (1. Mai.) Wir Luther ein herr von Isinburg dun kunt, daz wir durch bede willen vnd durch sonderlich fruntschaft vnd libe des strengin Rithers hern Conrades Tugils han geluhen hern Johanne von Ruchingen dem Ersamen Rithere, hern Johannes sune von Rudinchem, den zehenden halben zu Stedin von vns vnd vnsen erbin zu rechtem lehene vnd setzen In dar In in aller der wis vnd zu alleme dem rehte vnd nutze, als der vorg. her Conrad In biz her Inne hait gehabit. — Zeugen: Johan von Rudinchen der vorg., Sybuld von Heldebergin, Rudolf von Ruckingin, Walther Meydin von Budingin Rithere vnd Apple von Eych eyn woich zu Woneckin u. a. m.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xxix, vf s. Walpurge tag der h. Juncfrawen.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.) Orig.

Nr. 527.

1329 (2. Juli.) Ego Syffridus dictus Sroweschin de Ebberstad cupio notum esse, quod ego, cum consensu meorum filiorum et filiarum, videlicet Syffridi, Heinkelonis, Gudelen, Elizabeth, Katherine et Irmendrudis, vendidi probe matrone Meckelye de Golle, moranti in Wetflar, iii. maldrorum siliginis redditus, in cuius securitatem xviii. jugera arabilis terre in campis ville Byrincheim pro subpignore obligaui — super campum versus markas ville Holtzheim — an deme Wisewege — retro villam, que transeunt vber den phat — retro schafhus — an der bachrusen — an der

fohemolde — an deme Kisackere versus Holtzheim — super campum versus Leitgesteren — vber den Gvnser weg — apud Wernherum in der Gazsen — apud pueros Heinonis de Byrincheim — an der schiben — vber den merker weg, gein der alten marke — gein deme wart boume — gein hern Hertwines stucke — super campum versus Bercheim — an deme stricke — gein der weide. — Testes: Wigandus dictus Wise et Conradus Colenhuser, scabini in Mynzenberg, Orthe quondam cingrauius de Holtzheim, Wenzelo Guldener, Rolo de Byrinheim et Johannes dictus Bvman de Golle, scabini in Gruningen.

Dat. a. d. M.CCC.XXIX, in die b. Processi et Martiniani mart.

(Das Siegel der Stadt Münzenberg ist abgerissen.) Orig.

Nr. 528.

1329 (10. Dec.) Vniuersis pateat, quod ego Heylo, filius Kvnegundis dicte Schultheyzin de Gysnide, necnon Kunegundis mea coniunx vendidimus Jutte et Gude dicte Rerbone de Nydde, coopidane, iii. octalia siliginis, ipsique quibuslibet annis infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. virginis Marie ad oppidum Nydde presentanda, quod si non fieret, prefata Jutta se intromittet de xvi. jugeribus, habebitque auctoritatem super disposicione ipsorum sicut de alliis propriis bonis suis, cum nos predicta bona sev jugera loco pignoris obligauerimus antedicte Jutte et suis heredibus, de predictis jugeribus vnum situm est vf deme steinbuhele, item ii. jugera hinder deme steinbuhele, item i. juger pratorum in loço predicto, item super vnum agrorum vf deme schulere, item dimidium juger super monte by der Gerwerten, item ii. jugera an den sehzehen morgen, item i. juger zo den fuzlucherin, item ii. jugera an dem bremechtin holze, item ii. jugera an deme Roede, item ii. dimidia jugera vf

deme Gysenbechere wege, item ii. jugera gein der salzbach. — Testes: Dytmarus Anzugil, Bertholdus Rerbone, scabini in Nydde et Wigandus de Furbach in Nydde coopidanus, Nycolaus Opilio et Hennil. eius gener, Heylo Cranych de Gusnyde et m. a.

Dat. a. d. M.CCC.XXIX, iv. id. decembris.

(Das Siegel der Stadt Nidda ist abgerissen.) Orig.

Baur, Ludwig, 1811-1877

Urkunden zur hessischen Landes-, Orts- und Familiengeschichte welche bis jetzt im Drucke noch nicht erschienen sind

Bd.: 3

Darmstadt 1855